M. MANILII
ASTRONOMICA

EDIDIT

THEODORUS BREITER

I.

CARMINA

LIPSIAE
SUMPTIBUS DIETERICHII
(THEODORI WEICHER)
MDCCCCVII

M. MANILII
ASTRONOMICA

EDIDIT

THEODORUS BREITER

I.

CARMINA

LIPSIAE
SUMPTIBUS DIETERICHII
(THEODORI WEICHER)
MDCCCCVII

Corrigenda

pag. 13 linea 9 a fine lege *375* pro *373*.
pag. 26 linea 4 a fine lege *parens* pro *parent*.
pag. 32 linea 9 a fine lege *Hectoreumque* pro *Hectoreamque*.
pag. 39 linea 24 ab initio lege *libra* pro *chelis*.
pag. 41 linea 4 a fine lege *d. a. s.* pro *uas*.
pag. 72 linea 17 ab initio lege *terat* pro *ferat*.
pag. 76 linea 7 ab initio lege *orbe* pro *orbis*.

Quattuor codicum lectiones in adnotatione critica notaui. Sunt autem hi:

1. Codex Gemblacensis (g), monasterii olim Gemblacensis, nunc Bruxellensis bibliothecae regiae (Nr. 10012), membr., formae 8^0, IC schedis, saeculo ut uidetur XI perscriptus. De hoc libro, quem bis ipse (1853 et 1892) contuli, egit accuratamque collationem publicauit P. Thomas: 'lucubrationes Manilianae. Scripsit P. Thomas. Gandi 1888.'
2. codex Lipsiensis (l) Nr. 1465 bibl. Paulinae, membr., formae 4 mai., uel 2. min., continens folia 96. Versus uiceni terni in quauis pagina scripti sunt. Antiquiorem eum esse Cusano, non cedere aetate Gemblacensi mihi quidem persuasi. Contulit eum librum (uide subscriptionem in fine libri V) 'in gratiam celeberrimi Viri Ricardi Bentlei parantis omnibus numeris absolutam huius poetae editionem Ioach. Frid. Fellerus Aō MDCXCIII' socio adiuncto Gotefredo Richtero (uide praefationem editionis Bentleianae), quam collationem Vratislauiensem (Vrat.) uocant*): ipse librum contuli a. 1892.
3. codex Cusanus (c), monasterii olim Cusani, nunc bibliothecae regiae Bruxellensis (Nr. 10699), membr., formae 2 min. Continet 17 folia, characteribus minutis binisque columnis, septuagenis in singulis columnis uersibus, saeculo ut uidetur XII exeunte scriptus. Contuli hunc librum a. 1853.
4. codex Matritensis (m), monasterii olim Escorialensis, nunc bibliothecae nation. Matritensis M 31. chart., formae 2^0, saeculo XIV vel XV ineunte scriptus.**) Hunc librum longa obliuione pressum G. Loewe detexit et accurate contulit anno 1879 (a XIII d. Sextil. usque ad XXIII Sept. 1879) collationemque et obseruationes nonnullas adscripsit margini editionis Iacobeae (codd.

*) asseruatur in Bibl. Reg. Vratisl., adscripta editioni Scaligeranae.

**) Cf. von Hartel: Sitzungsberichte der philol. histor. Klasse der kaiserlichen Akademie d. W. 113 Bd. Wien 1886, pag. 215 ff.

Ms. phil. 139 bibliothecae Gottingensis)*), cuius collationis inspiciendae copia mihi facta est a. 1890 et 1892 benignitate directoris Gottingensis bibliothecae. Tum *Rob. Ellis*, uir de Manilianis studiis optime meritus, Matriti a. 1892 codicem contulit, collationemque suam (Voll. VII et VIII Classical Review a. 1893 et 1894) publici iuris fecit; idem iam a. 1893 de codice in Hermathen. Nr. XIX copiose disseruit. Aliquot locis Löwe et Ellis inter se discrepant, quod indicandum putaui.

Verum ut quid his codicibus auctoritatis tribuendum sit, diiudicetur, addenda nonnulla de codicibus et Lipsiensi et Matritensi uidentur. In Lipsiensi scribendo tres fere scribae se excepisse uidentur (1. ab initio usque ad fol. 58, 2. ad fol. 86, tum sequuntur tres uersus litteris minutis scripti, ad extremum manus prima recurrit); litterae magnae, paucae abbreuiationes. Sed hi scribae opus imperfectum rubricatoribus absoluendum reliquerunt, qui titulum, lemmata, litteras initiales spatiis, quae uacua relicta erant, appingerent. Qui officio suo in libro primo ito satisfecerunt, ut titulum litteris uncialibus, lemmata spatiis destinatis usque ad fol. 15 ante vs. 606, initiales litteras singulis capitulis usque ad vs. 420 (desunt vs. 665, vs. 805) adderent. Titulum ARATI PHILOSOPHI ASTRONOMICON | LIB. PRIMVS INCIPIT | PRELIBATIO qui in rasura putant inscriptum esse expuncti alterius loco, cuius ipsa uestigia detexisse sibi uidentur, errant Iacobus et Bechertus: perlucent sane litterae quaedam, lectu, si Iacobum audimus, difficiles, quibus 'astronomicon' subesse Bechertus opinatus est. Perlucent enimuero litterae nonnullae uersus 21: '*ad duo templa precor duplici circumdatus aestu*', qui uersus secundus est in folio 1^v, sed perlucent inuerso ordine ideoque lectu sunt difficiliores. Habent autem eandem inscriptionem Cusanus et qui a Cusano pendet, V. 1 (Leidensis sub Nr. 18). nec absona a uero ea est opinio, Gemblacensem, ubi nunc in rasura *C' Mālius poeta* manus saec. XVI inscripsit, eundem titulum prae se tulisse. Verum liber Lipsiensis correctoris manum, antiqui illius quidem, sed centum fere annis iunioris, locis fere innumeris expertus est, adeo ut Lipsiensem non correctum et Lipsiensem correctum duorum codicum instar credere possis, qui ex diuerso fonte promanauerint. Is corrector per totum librum officium suum ita exsecutus est, ut punctis uel lineolis suppositis litteras uel syllabas damnaret, correctiones suas superscriberet (e. c. ṭingens (+ cingens superscr.) I 582 miṭtatque V. 408 etc).

*) Cf. Zschr. f. klass. Phil. 1893 Nr. 25.

Ceterum atramento usus est subrubro, litteris minutis rotundioribus. Raro tertia quaedam manus saec. XV occurrit, quae scholia nullius pretii margini adscripsit.

In superiore margine libri Matritensis a manu saec. XVII (Löwe) legitur: 'Manilii Astronomicon — Statii Papiniani syluae — As~~co~~nius Pedi~~a~~nus in Cice~~ro~~nem — Vale~~r~~ii Fla~~c~~ci nonnulla.' Vltima uerba lineolis expuncta testantur, Asconium quoque et Valerium Flaccum hoc uolumine comprehensos fuisse, qui nunc Matrit. Nat. X. 81. continentur. Nempe hos quattuor (praeter alios) Poggius a. 1417 Constantiae inuenit, quod ipse in fine Matrit. X. 81 fol. 94^r sua manu nos docuit: *hec sors hec amycū tandem manus arguit ausis.* | *C. ualeri flacci argonauticon. Hoc fragmentū repertū* est | *in monasterio sancti galli prope constantiā. XX milib. passuū una cū* | *parte Q asconii pediani. deus concedat alteri ut utrūque opus* | *reperiat perfectū.* Nos *quod potuimus egimus. — Poggius florentinus.* — Descriptionem exactam G. Loewe fecit inseruitque collationi suae (cod. Philol. 139 biblioth. Gotting.). Nunc Ms. Matrit. M. 31 habet folia 114; quorum folia 1^r—54^V Manilium continent, folia 55—63^r uacua sunt; f. 63^V manu saec. XV legitur: '*continet folia L*': nempe folia 64—114 Statium exhibent. Sed folium 1^r incipit a uersu Manilii lib. I 83: '*et quodcumque sagax temptando repperit usus*' — abscissum enim unum est folium cum titulo et uersibus 1—82. — Hunc librum non esse diuersum ab eo codice, quem Poggius Constantiae inuenit, G. Loewe sibi persuaserat idque in collatione Gottingensi pluribus locis testatur (ad vs IV. 569 in margine: 'NB. l_1 V_2 u. *Poggio scheinen auch eine Familie zu bilden*'). Qui cum tres manus emendatrices saeculi XV in libro primo usque ad vs 801 grassatas esse referat, quarum correctiones apposita nota M_2 (manus secunda) indicat, librum ipsum ante saeculum XV scriptum esse, ni fallor, arbitratus est.*) Dissentiunt ab eo Ellis, Clarkius, Housman. Et *Ellis* quidem (*Hermathen.* XIX. 263 1893), quia fere ubique conspiret cum Vossiano 2., Matritensem codicem apographon (uter ab utro descriptus sit, non dicit) esse censet. Sed *Clarkii* iudicium epistola Poggiana ab ipso detecta nititur, quae exeunte anno 1417 uel ineunte 1418 ad *Franciscum Barbarum* Romam (?) Constantia missa est**), cuius partem appono: *Poggius P. S. D. Francisco*

*) Cf. Wochenschr. f. klass. Philol. Berol. 1893. 35.

**) A. C. Clark, the litterary discoueries of Poggio — The Classical Review Vol. XIII. London 1899 n. 119—120.

Barbaro — — utque aliquid incipiam referre, mitto ad te per presbyterum Brandinum Pisanum — — Silium Italicum, libros V. Statii Siluarum, item M. Manilium Astronomicum. Is) qui libros transscripsit, ignorantissimus omnium uiuentium fuit, diuinare oportet non legere, itaque opus est ut transscribantur per hominem doctum. Ego legi usque ad XIII librum Silii, multa emendaui, ita ut recte scribenti facile sit similes errores deprehendere eosque corrigere in reliquis libris, itaque da operam ut transscribantur, postea mittas illos Florentiam ad Nicolaum. Orationum uolo hic exemplar remanere — — —* Hinc ita argumentatur: non uideri ipsum codicem in Italiam uenisse, quoniam eius ne uestigiam quidem habeamus; sed Poggium Constantiae fecisse apographon uel faciendum curasse per scribam Helueticum, cuius litterae ab Italico charactere discrepent (Ellis: 'the writing-somewhat in the Gothic style'). *Housman:* 'est Matrit. liber transcriptio facta per hominem doctum'. Sed ex hac epistola, properanter ut ab homine tunc negotiis publicis occupatissimo scripta, qui diiudicare possit, utrum etiam Statii et Manilii codices ipsos an apographa eorum nescio ubi et a quibus facta Poggius ad Franciscum Barbarum transcribenda miserit, is mihi magnus erit Apollo. Neque opus est diuinatione: extant enim exemplaria a codice Matritensi fidissime descripta: 1) cod. Urbinas Nr. 668 (802), 2) cod. Urbinas Nr. 667 (803), uterque in bibliotheca Vaticana, italicis characteribus saec. XV pulchre scriptus: quibus tertio loco adiungimus Vossiani 2 Leidensis (Nr. 390) alteram partem a uersu 692 libri secundi (nam prior pars ita consentit cum Vossiano I — 'miro quodam modo in minimis etiam erratis, ut alterum ab altero descriptum putes' Iacob). Huius cum Matrit. consensum illustrauit Ellis (Hermathen. l. l. 265—270): idem ego de Urbinate utroque exposui (W. f. cl. Phil. 1904 Nr. 24). Urbinatem 668 (802) littera u_1, Urbinatem 667 (803) littera u_2 Bechertum d. Manil. Em. rat. pag. 19 secutus notaui. Hi quattuor libri unam et a ceteris distantem familiam efficiunt. — Pauca de inscriptionibus et subscriptionibus afferenda sunt. Primo libro subscribunt: M. MANILI. ASTRONOMICON. LIBER. PRIMUS. EXPLICIT. INCIPIT. SECUNDUS m u_1 u_2 EXPLICIT LIBER PRIMUS INCIPIT SCDS g, nulla subscriptio in l et c; secundo libro: MANILII BOENI ASTRONOMICON m u_2 MANLII BOEUI u_1 EXPLIC. LIBER SECVNDVS PRAETATIO LIBRI

*) in cod. Venet.: 'is Presbyter qui tibi' — uel: 'qui Presbyter tibi'.

TERTII g, nulla s. in l; tertio: M.∫MILNILI ASTRONOMICON LIB. III EXPLIC. INCIP. IIII. m. u_2 M. MANILII — TERTIVS — EIVSDEM QVARTUS u_1 FINIT LIBER TERTIVS INCIPIT QVARTVS g., nulla s. in l. — quarto: EXPLICIT. LIBER II. INCIPIT. LIBER III m u_2 M. MANILII ASTRONOMICON LIBER EXPLICIT QUARTVS INCIPIT EIVSDEM QUINTVS u_1 FINIT LIBER IIII SEQUITVR QVINTVS g, nulla s. in l — *quinto:* Τελωσ m FINIS u_2 M MANILII ASTRONOMICON LIBER EXPLICIT QVINTVS ET VLTIMVS FOELICITER EXPLICIT u_1 *explicit liber quintus* g (man. 2), nulla *s.* in l. — Uides u_2 etiam errata Matritensis fide repetere, u_1 corrigere, unde coniicitur, Marcum Manilium in superscriptione Matritensis nominatum fuisse, idque nomen in Italia iam inde a Gerberti aetate usurpatum esse. — Nec lemmata siue capitula is negliget qui de adfinitate codicum inter se iudicere uolet. In libris Gemblacensi, Cusano, Matritensi lemmata antiqua a prima manu textui litteris uncialibus inscripta sunt, idemque in primo Lipsiensis libro, sed litteris minusculis rub. factum. In sequentibus libris spatia capitulis inscribendis uacua relicta, ipsa capitula a manu 2. margini adscripta sunt. Sed idem Lipsiensis in fine libri primi omnia capitula, quae ad librum secundum pertinent, continua serie quindecim lineis, litteris minusculis, omissis initialibus exhibet, eumque sed additis initialibus sequuntur c, m, u_1, u_2, adeo ut uetustiorem codicem descripsisse uideantur. Ita factum est, ut cum Lipsiensis post uersum 902 lib. II spatium unius lineae reliquisset, ubi capitulo res minime indigebat, m, u_1 u_2 v_2 uersum dimidiatum erroneum PER TANTA PERICULA MORTIS nexu carentem lemmatis instar inscriberent. In primo libro ante 561, ubi folia nonnulla locum mutauerunt, lemma exhibent m u_1' u_2: *De circulis celestibus de coluris,* l in textu *De coluris,* idem in margine g c. Qui iam *de coluris* agendum putabat, interpolator primus in l g c uersum excussit hunc: *permeat artophilaca petens per terga draconis,* cui interpolator secundus (m u_1 u_2) addidit: *tangit et originen chelarum summa regidit sexque fugit solidas celi uertice partes.* Similiter erratum est III 160. Ibi spatium unius lineae lemmati inscribendo in l. relictum ita expleuerunt m u_1 u_2 v_2, ut uersus instar litteris minusculis inscriberent: „*Quomodo ad aper signa de sonibus ammri;* (*ad apet* v_2); additum signum ;; in m docet lemma olim fuisse: *Quom̄ athla per signa describantur* (c. et l in marg.).

Lipsiensis non correcti lectiones plerasque in Matritensi, correcti in Cusano recurrere*), Gemblacensem autem interdum cum Cusano consentire, plurima exempla docent, quorum haec pauca affero; lib. II 168 $\overset{\text{ius mirantur}}{\text{exterminantur}}$ l exterminantur m exterius mirantur gc — 439 fe$\overset{t}{\text{r}}$ l fert gc fers m — $\overset{+\text{ curat}}{\text{curret}}$ l curat gc curret m. lib. III 324 $\overset{+\text{ ab}}{\text{ad}}$ $\overset{+\text{o}}{\text{extremos}}$ $\overset{+\text{ temet}}{\text{tenet}}$ l ad extremos tenet m ab extremo temet gc (ad extremos temet) — 345. $\overset{o}{\text{ẹ}}$fficiunt l officiunt c efficiunt g m (effugiunt) — 369 uers$\overset{a}{\text{ë}}$tur l uersatur gc uersetur m (uisetur) — IV. 200 boṇăs ut l bonus ut gc bonas inteneros m v_2 [inteneros om. u] (bona: sed teneros) 245 ᵃẹg$\overset{i}{\text{ẹ}}$t l agit gc eget m (eget) — 251 frigor$\overset{e}{\text{ạ}}$ l frigora gc frigore m (frigora) — 759 potiri·ſ l potiris c potiri gm (potiri) — V 87 per $\overset{\text{vadit}}{\text{quos}}$ labit equos l per quos uadit equos c per quos labit equos g per quo labite quos m (perque uolabit equos) — 351 agit~~auit~~ aut om$\overset{e}{\bar{\text{i}}}$s l agit aut omis gc agitauit onus m [u_1 u_2 v_2] (agitabit onus) — 692 quod^{que} erit l quodq erit g qd $\overset{e}{\text{q}}$rit o quod erit m (quo perit). — Similia exempla praesto sunt plurima et in quauis pagina adnotationis criticae tibi occurrent: ceterum mitto, quod accusatiuos tertiae declinationis in īs terminantes Lipsiensis plerumque superscripta correctione ēs exhibet (uelut IV. 76 omn$\overset{e}{\text{i}}$s l omnis gm omnes c): adeo ut in tanto codicum lgm consensu terminationem in īs adiectiuis concesserim, in substantiuis, quia terminationem in ēs libri praeferunt, idem non ausus. — Ex his exemplis concludo, Matritensem et Lipsiensem non correctum uetusti exemplaris et uirtutes et uitia fide seruare, correctiones Lipsiensis et Cusani lectiones ad iuniorem familiam referendas esse, Gemblacensem fere in medio relinqui. — Iam paucis exponendum est de asseclis et Cusani et Matritensis. Et Cusanus quidem, ut rarissime sani aliquid solus habet, ita dux est familiae et numero et corruptione insignis: nam per Vossianum 1, Vossiani 2 priorem partem, Florentinum, Vaticanos duo, Parisinum ad Monacensem, omnium opinor maxime corruptum, descenditur, ex quibus editiones uetustissimae fluxerunt. — De Vossiano utroque cf. Jacobum in praef. et Ellisium (Hermathen. pag. 265 sqq.); de Florentino (F) Bechertum in praefatione editionis suae. Vaticanus Nr. 3090 (Vat. 1) chartac., pro-

*) Memorabile exemplum uide ad III 399, ubi c in margine uersuum ordinem turbatum notat. Haec ita descripsit ex margine Lipsiensis, ut ne numerum quidem foliorum corrigeret. Non sex, sed duo folia Cusani habent uersus 280.

peranter scriptus habet fol. 65, inscriptionem 'M. Mallii poetae illustris ad Octauianum Augustum Astronomicon liber primus incipit feliciter'. Eiusdem bibliothecae codex Nr. 5160 (Vat. 2) chartoc. f. 4 min. librum primum et partem libri secundi continet, nitide scriptus a. 1469 sine inscriptione et subscriptione. Utrumque in meos usus inspexit Dr. Damus, uir clarissimus. Iam dicendum est de Parisino (p), de quo in catalogo codd. mss. bibl. reg. Pars tertia, Tom. IV. Paris. 1744. p. 420. VIIIMXXII (8022): codex membranaceus, quo continentur 1^0 M. Manilii astronomicon libri quinquo, 2^0 Q. Sereni — — — Is codex decimo quinto saeculo uidetur exaratus. Contulit hunc librum et uarias lectiones adscripsit Duebnerus margini editionis Pingraeae (Paris. 1736). Hac collatione asseruata inter codd. phil. 138 bibliothecae Gottingensis uti mihi licuit bibliothecae praepositi benignitate. Pingraeus (préface XXXIII): 'postérieur, ait, aux premières éditions fort bien écrit, c'est tout, que je puis en dire'. Ultimo loco commemoro Monacensem (M). Asseruatur in bibl. reg. Monacensi (cod. lat. 15743), liber chartac., f. 8^0 mai.; 113 folia, saec. XV—XVI. Fol. 1^r a manu recenti scriptum: Manlii astronomia carminica, S. 1500. — Sequuntur lib. I vss. 1—8 et 'Quom' vs. 9; fol. 1^v uacuum est; fol. 2^r (pag. 3) incipit liber I sine superscriptione. In fine libri I. spatium uacuum septem linearum, tum: M Manlii astronomicon liber p̃mus finit Incipit secundus; similiter in fine libri secundi. Post III, IV, V nulla subscriptio. Contuli hunc librum a. 1890 sine ullo fructu: descriptus uidetur ex editione Manilii impressa. — Ex his libris lectio uulgata editionum antiquarum promanauit, cuius exemplum Iacobus in calce editionis suae (sub littera A) utile apposuit, adhibita Antonii Molinii editione, de qua cf. Cramer (die ältesten Ausgaben v. Manil. Astron. pag. 17). Addo nunc, ut facilius de his libris sit iudicium, nonnullorum uersuum uarietatem. Liber IV. 744 *sortitur* F Vat. 2. p M. 745 *gelidum* F Vat. 2. M. *gelidumque* p *per tempora* Vat. 2. *pro tempore* p M. *uertitur axis* F Vat. 2. p M. 746 *in uices* p *positum* p *euicerit* Vat. 2. M. *euicerat* p. 748 *nimium* Vat. 2. *minimi* M. 753. 754. 755. contaminant ita: *taurus habet scythicos portus sinuatus in arcus* F M (editio Molinii). 753 *montis* Vat. 2 p. 754 *molles* Vat. 2 p. 757. *ultius* M *et solitus* F Vat. 2 p M. *ganges colit India cancer* F Vat. 2 p M. 759 *potiris* F Vat. 2 p M. 762 *Macedum* Vat. 2 p M. 764 *et* p. 765 M. collocat post 762 *tuque* Vat. 2 p M *es* F Vat. 2 p M (l_2 c). 766 *caperent* F Vat. 2 p M *limen* p 767 *quae sunt* F Vat. 2 p *iura* M. 768 *Archades* Vat. 2 M. 769 *dotat*

Vat. 2 *regat* p M 770 *regal* M. 772 *tempore* Vat. 2 M *cedunt* Vat. 2 p *caedunt* M. 773 *sub* Vat. 2 M. 774 *imperium* F p Vat. 2 M. 775 *positas* eidem. 776 *cum fratre Rhemus hanc* Vat. 2 p M (l_2). Lib. I 560 *sex* p *sed* Vat. 1. 2. 561 *finis* Vat. 1 p M. 562 *uariantia celum* Vat. 1. 2. 563 *flammeis* Vat. 1. 2. 565 *aretophilaca* Vat. 1 *arctophelica* M *patens* Vat. 1. 2 M. 612 *hidram* Vat. 2 *idram* M *sub astris* Vat. 1 p. 613 *ad uersus* Vat. 1. 2 p M. *rursus mare* Vat. 1. 2 (*in are* urb. 2). 614 *coetum* p *cetum* M *certum* Vat. 2.

Matritensem num praeter eos, quos supra nominauimus, alii libri secuti sint, non nouimus. Et Urbinates quidem et pulchre scriptos et pictis initialibus decoratos bibliothecae alicuius principis ornatui olim fuisse picta in folio 2^r insignia principum docent. Discrepare eos interdum sed raro inter se exposui (Wochenschr. f. kl. Phil. 1904 p. 21), exemplisque ibi allatis nonnulla addere possim, quibus probetur, Urbinatem (667) fidissime Matritense exemplar expressisse, Urbinatem (668) et multo saepius Vossianum 2. suas emendationes inseruisse. Hunc autem librum a 1470 manu neglegentissima et admodum ineleganti exaratum Bechertus (d. Man. em. r. p. 12 sqq.) docet. — Ceterum non dubitaui in libro I, 1—82, qui uersus in Matritensi desunt, uariam lectionem Urbinatis utriusque adnotationi meae inserere. Utrumque inter se consentire littera u notaui. — Gemblacensem codicem qui sequantur libros nouimus nullos. Neque ex eodem fonte eum promanauisse, quo Lipsiensem et Matritensem, satis certis argumentis comprobatur, ita ut solus suam familiam facere uideatur. Cui cum *Scaliger* principem inter libros Manilianos locum uindicasset, ac *Bentleius* ita magnam auctoritatem tribuisset, ut tamen haud raro Vossiani lectiones praeferret, Iacobus (a. 1846) eum ut aperte interpolatum neglexit. Cui contradixerunt et ego (a. 1854) et Bechertus (d. Man. em. rat. et in editione), ac nuper uberrima disputatione Housmanus (praef. XXIII seq.) Hodie inter omnes conuenit, Gemblacensem, licet saepe uel metri uel sententiae causa priscas lectiones correxerit, totidem tamen locis quot Matritensem et Lipsiensem genuinam lectionem solum seruasse, atque, ubi ab his libris discrepet, utros sequamur, pro loci natura accurate esse ponderandum.

Varietatem lectionis meam ita institui, ut Lipsiensis correctiones diligenter notarem, consensum quattuor librorum (l g m c) littera o (= omnes), dissensum trium aut duorum littera ω (= ceteri) signarem, appositis litteris (E) vel (L) indicarem, ubi *Ellisii* et *Loewii* collationes Matritensis libri inter se discreparent. Sed sedulo caui, ne, ubi textus

coniecturis mutatus esset, quid codices exhiberent, ignoraretur. Interpolationes incuruis litteris notatae sunt. Interdum crucis (†) aut lacunae (* * *) signum apposui, sicubi ne coniecturis quidem quidquam profici posse uidebatur. Numeros editionis Jacobeae commoditati lectorum consulturus mutare nolui.

Ceterum in altero huius editionis uolumine, quod commentarium continebit, lectionis receptae rationes reddentur.

Dabam Hannoverae mense Januario MDCCCCVII.

Breiter.

M. MANILII
ASTRONOMICON

LIBER PRIMUS

Carmine diuinas artes et conscia fati
sidera diuersos hominum uariantia casus,
caelestis rationis opus, deducere mundo
aggredior primusque nouis Helicona mouere
cantibus et uiridi nutantis uertice siluas
hospita sacra ferens nulli memorata priorum.
hunc mihi tu, Caesar, patriae princepsque paterque,
qui regis augustis parentem legibus orbem
concessumque patri mundum deus ipse mereris,
das animum uiresque excis ad tanta canenda.
iam propiusque fauet mundus scrutantibus ipsum
et cupit aetherïos per carmina pandere census.
hoc sub pace uacat tantum. iuuat ire per ipsum
aera et inmenso spatiantem uiuere caelo
signaque et aduersos stellarum noscere cursus.
quod solum nouisse parum est. impensius ipsa
scire iuuat magni penitus praecordia mundi,
quaque regat generetque suis animalia signis,
cernere et in numerum Phoebo modulante referre.
bina mihi positis lucent altaria flammis,
ad duo templa precor duplici circumdatus aestu
carminis et rerum: certa cum lege canentem
mundus et inmenso uatem circumstrepit orbe
uixque soluta suis inmittit uerba figuris.
quem primum interius licuit cognoscere terris

1 *artes* glcu — 3 *nutantis* lu_2 *imitantis* u_1 — 10 *facis* o — 15 *propius mundusque fauet* u — 12 *sensus* o — 13 *hac* u *uacat* g *uocat* ω *tandem iuuat* u_2 u_1 (*uacat tantum* corr. in marg. u_1) — 18 *quaeque* o — 19 *innumerum* u — 21 *ęstu* lu — 21 *circum* u_2 *circum* u_1 (in marg. *rerum*) *rerum* ω — 23 *inmenso* l — 24 *inmittit* l — 25 *lucuit* g.

munere caelestum. quis enim condentibus illis
clepsisset furto mundum, quo cuncta reguntur?
quis foret humano conatus pectore tantum,
29 inuitis ut dis cuperet deus ipse uideri
32 sublimisque aperire uias imumque sub orbem?
30 tu princeps auctorque sacri, Cyllenie, tanti.
per te iam caelum interius, iam sidera nota
33 et per inane suis parentia finibus astra
nominaque et cursus signorum, pondera, uires,
35 maior uti facies mundi foret et ueneranda
non species tantum sed et ipsa potentia rerum.
37 *sentirentque deum gentes quam maximus esset.*
40 et natura dedit uires seque ipsa reclusit
regalis animos primum dignata mouere
proxima tangentis rerum fastigia caelo,
qui domuere feras gentes oriente sub ipso,
quas secat Euphrates, in quas et Nilus inundat,
45 qua mundus redit et nigras super euolat urbes.
tum qui templa sacris coluerunt omne per aeuum
delectique sacerdotes in publica uota
officio uinxere deum, quibus ipsa potentis
numinis accendit castam praesentia mentem,
50 inque deum deus ipse tulit patuitque ministris.
hi tantum mouere decus primique per artem
sideribus uidere uagis pendentia fata.
singula nam proprio signarunt tempora casu
longa per assiduas complexi saecula curas,
55 nascendi quae cuique dies, quae uita fuisset,
in quas fortunae leges quaeque hora ualeret,
quantaque quam parui facerent discrimina motus.
postquam omnis caeli species redeuntibus astris

---

26 *munera* (+ e supra) g *munera* lcu — 29 *immitis* u_2 *diis* gu — 30 *cillenie* o — 32 *sublimis* (c supra) l *sublimis* ω *unumque* u_1 — 38 39 *qui sua disposuit per tempora cognita ut essent omnibus et mundi facies caelumque supremum* desunt in o — 40 *et nataruque* († natura supra) l *et natura* gu *naturaque* c — 41 *regalis* u — 42 *tangentes* gu_1 *tangentis* lcu_2 — 43 *quae* c — 44 *serat* u_2 *nilus* o *inundat* o — 45 *supereuolat* lu — 46 *tunc qui* o — 48 *iunxere* u_1 — 50 *in quem* u_1 — 53 *signari* u_2 u_1 (in marg. corr.).

percepta in proprias sedes, et reddita certis
fatorum ordinibus sua cuique potentia formae,
per uarios usus artem experientia fecit
exemplo monstrante uiam speculataque longe
deprendit tacitis dominantia legibus astra
et totum aeterna mundum ratione moueri
fatorumque uices certis discernere signis.
nam rudis ante illos nullo discrimine uita
in speciem conuersa operum ratione carebat
et stupefacta nouo pendebat lumine mundi,
tum uelut amisso maerens, tum laeta renato
sidere, nec uariosue dies incertaue noctis
tempora, nec similis umbras iam sole regresso,
iam propiore suis poterant discernere causis.
necdum etiam doctas sollertia fecerat artes,
terraque sub rudibus cessabat uasta colonis;
tumque in desertis habitabat montibus aurum,
ignotusque nouos pontus subduxerat orbes;
nec uitam pelago nec uentis credere uota
audebant; se quisque satis nouisse putabant.
sed cum longa dies acuit mortalia corda,
et labor ingenium miseris dedit, et sua quemque
aduigilare sibi iussit fortuna premendo,
seducta in uarias certarunt pectora curas,
et quodumque sagax temptando repperit usus,
in commune bonum commentum laeta dederunt.
tunc et lingua suas accepit barbara leges,
et fera diuersis exercita frugibus arua,
et uagus in caecum penetrauit nauita pontum,
fecit et ignotis itiner commercia terris.
tum belli pacisque artes commenta uetustas;
semper enim ex aliis alias proseminat usus.
ne uulgata canam: linguas didicere uolucrum,

59 *percepta* u_2 u_1 *praecepta* ω — 63 *deprehendit* u — 64 *alterna* o *mundum* g u *mundi* ω — 69 *amissis* o *renatis* o — 70 *sideribus* o *uariosque* o *incertaque* o — 71 *nec similis* o — 73 *sollertia* o — 76 *ignotusque* u_2 u_1 *immotusque* ω *potitus* u_1 — 78 *se* g l u *sed* c (*se quis satis* u_2) — 84 *commentā*^{am} m *elata* m (marg.) — 88 *itiner* l g c *int*^{r} m — 90 *alia* o — 91 *ne* g *nec* ω.

consultare fibras et rumpere uocibus angues,
sollicitare umbras imumque Acheronta mouere
in noctemque dies, in lucem uertere noctes.
omnia conando docilis sollertia uicit.
nec prius imposuit rebus finemque modumque,
quam caelum ascendit ratio cepitque profundam
naturam rerum et causas uiditque quod usquam est:
nubila cur tanto quaterentur pulsa fragore,
hiberna aestiua nix grandine mollior esset,
arderent terrae solidusque tremesceret orbis,
cur imbres ruerent, uentos quae causa moueret,
peruidit soluitque animis miracula rerum
eripuitque Ioui fulmen uiresque tonanti
et sonitum uentis concessit, nubibus ignem.
quae postquam in proprias deduxit singula causas,
uicinam ex alto mundi cognoscere molem
intendit totumque animo comprendere caelum;
attribuitque suas formas, sua nomina signis,
quasque uices agerent certa sub sorte notauit,
omniaque ad numen mundi faciemque moueri,
sideribus uario mutantibus ordine fata.
hoc mihi surgit opus non ullis ante sacratum
carminibus. faueat magno fortuna labori,
annosa et molli contingat uita senecta,
ut possim rerum tantas emergere moles
magnaque cum paruis simili percurrere cura.
 et quoniam caelo descendit carmen ab alto,
et uenit in terras fatorum conditus ordo,
ipsa mihi primum naturae forma canenda est,
ponendusque sua totus sub imagine mundus.
quem siue ex nullis repetentem semina rebus
natali quoque egere placet semperque fuisse
et fore principio pariter fatoque carentem;
seu permixta chaos rerum primordia quondam

97 *profundam* glm — 98 *rerum*[et] *causis*[a] m(L) *et causas* m(E) *causis* ω — 101 *temesceret* c *tremesceret* m *tremisceret* ω — 104 *tonantis* o — 105 *solitum* o *mentis* m — 111 *numerum* m — 113 *non ullis* g — ante 118 *De origine mundi* glmc — At[+ &] l *at* c *et* gm.

discreuit partu mundumque enixa nitentem
fugit in infernas caligo pulsa tenebras;
siue indiuiduis in idem reditura soluta
principiis natura manet post saecula mille
et paene ex nihilo sumpta est nihilumque futura,
caecaque materies caelum perfecit et orbem;
siue ignis fabricauit opus flammaeque micantes,
quae mundi fecere oculos habitantque per omne
corpus et in caelo uibrantia fulmina fingunt;
seu liquor hoc peperit, sine quo riget arida rerum
materies ipsumque uorat, quo soluitur, ignem;
aut neque terra patrem nouit nec flamma nec aer
aut umor, faciuntque deum per quattuor artus
et mundi struxere globum prohibentque requiri
ultra se quicquam, cum per se cuncta creentur,
frigida nec calidis desint, aut umida siccis,
spiritus aut solidis, sitque haec discordia concors,
quae nexus habilis et opus generabile fingit
atque omnis partus elementa capacia reddit; —
semper erit genus in pugna, dubiumque manebit
quod latet et tantum supra est hominemque deumque; —
sed facie quacumque tamen sub origine rerum
conuenit et certo digestum est ordine corpus.
ignis in aetherias uolucer se sustulit oras
summaque complexus stellantis culmina caeli
flammarum uallo naturae moenia fecit.
proximus in tenuis descendit spiritus auras
aeraque extendit medium per inania mundi;
ignem flatus alit uicinis subditus astris.
tertia sors undas strauit fluctusque natantis
aequora per fudit toto nascentia ponto,

128 *unde* [est] ^ *reditura* m *in idem* ω — 130 *summum* [+sūptm] l *summum* g m *summa* c (?) *futurum* o — 135 *hoc* o — 138 *humor* g l *umor* m *dium* m — 139 *prohibetque* o — 140 *creantur* [+en] l *creantur* g c m — 141 *calidis* g *humida* g l *umida* [h] m — 143 *quem* o *habilis* o — 144 *rapacia* o — 145 *genus in pugna* o — 146 *supra est* o *diumque* m — 147 *facies quaecumque* o — 149 *auras* o — 152 *tenuis descendit* o — 155 *fluctusque* g *flatusque* ω *natantis* l m *natantes* g — 156 *aequor*[a] l *aequore* m *aequora* g c *perfundit* m *nasantia* m (L).

ut liquor exhalet tenuis atque euomat auras
aeraque ex ipso ducentem semina pascat.
ultima subsedit glomerato pondere tellus,
conuenitque uagis permixtus limus harenis
paulatim ad summum tenui fugiente liquore;
quoque magis puras umor secessit in undas,
et siccata magis struxerunt aequora terram,
adiacuitque cauis fluidum conuallibus aequor,
emersere fretis montes, orbisque per undas
exiliit uasto clausus tamen undique ponto.
imaque de cunctis mediam tenet undique sedem;
idcircoque manet stabilis, quia totus ab illa
tantundem refugit mundus fecitque cadendo
undique ne caderet. medium totius et imum est.
ictaque contra ictis consistunt corpora plagis
et concurrendo prohibent in longius ire.
quodni librato penderet pondere tellus,
non ageret cursus mundi subeuntibus astris
Phoebus ad occasum et numquam remearet ad ortus,
lunaue submersos regeret per inania cursus,
nec matutinis fulgeret lucifer horis,
hesperos inuerso dederat qui lumen Olympo.
nunc quia non imo tellus deiecta profundo,
sed medio suspensa manet, sunt peruia cuncta,
qua cadat et subeat caelum rursusque resurgat.
nam neque fortuitos ortus surgentibus astris
nec totiens possum nascentem credere mundum
solisue assiduos partus et fata diurna,
cum facies eadem signis per saecula constet,
idem Phoebus eat caeli de partibus isdem,
lunaque per totidem luces mutetur et orbes,

157 *exalet* l c *tenuis* o — 158 *aereque* o — 160 *harenis* g — 162 *humor* l g ʰ*umor* m — 163 *et fetata* m *strụxerunt* l *struxerunt* g m *strinxerunt* c — 166 *exiliit* g l m — 168 *illo* o — 169 *tantumdem* l — 170 *Itaque* g *Etaque* m (L) *Ictaque* m (E) *ictaque* ω *contra ectis* m *contractis* ω — 172 *prohibent in* o — 173 *quod ni* l g m *quod ī* c — 175 *et* om m (L) — 176 *hesperos* o *inmenso* l g m *īm̄s* c — 181 *caderet subeat* o — 184 *fạcṭa* l (erasa paene c) *facta* g c *fata* m — 186 *iisdem* g — 187 in margine adscripti sunt vss. 692 693 694. *Inde suos* — *aplustria summa* l (sed paene erasi); inserit c omisso *que* ante 187.

et natura uias seruet, quas fecerat ipsa,
nec tirocinio peccet circumque feratur
aeterna cum luce dies, quod tempora monstrant
nunc his nunc illis eadem regionibus orbis,
semper et ulterior uadentibus ortus ad ortus,
occasumue obitus: caelum cum sole perennat.
  nec uero admiranda tibi natura uideri
pendentis terrae debet, cum pendeat ipse
mundus et in nullo ponat uestigia fundo,
quod patet ex ipso motu cursuque uolantis,
cum suspensus eat Phoebus currusque reflectat
huc illuc agilis et seruet in aethere metas;
cum luna et stellae uolitent per inania mundi,
terra quoque aerias leges imitata pependit.
est igitur tellus mediam sortita cauernam
aeris et toto pariter sublata profundo
nec patulas distenta plagas sed condita in orbem
undique surgentem pariter pariterque cadentem.
haec est naturae facies; sic mundus et ipse
in conuexa uolans teretis facit esse figuras
stellarum; solisque orbem lunaeque rotundum
aspicimus tumido quaerentis corpore lumen,
quod globus obliquos totus non accipit ignes.
haec aeterna manet diuisque simillima forma,
cui neque principium est usquam, nec finis in ipsa,
sed similis toto ore manet perque omnia par est.
sic stellis glomerata manet mundoque figura.
idcirco terris non omnibus omnia signa
conspicimus. nusquam inuenies fulgere canopum
donec †Niliacas per pontum ueneris oras;
sed quaerent Helicen, quibus ille superuenit ignis,
quod laterum tractus habitant, medioque tumore

---

190 *quod-monstrant* o — 192 *ad ortus* o — 193 *et* om. l *perennet* o — ante 194 *qua re terra sit rotunda* g m — 194 *tibi natura* ~~*uideri*~~ *admiranda uideri* m *tibi natura admiranda uideri* ω — 198 *cursumque* o — 199 *agiles* o — 207 *terens* m *teretes* ω — 210 *ignis* m — 212 *nec* o ipso o — 213 *toto remanet* o — 214 *stellas* m *stellis* ω *glomerata manent* o *figurant* o — 216 *canopŏ* m — 217 *donec ad* l m *ad* om. g c *niliacas* l g c *eiacas* m (E) *Niliacas* corr. ex *adeicas* m (L).

eripiunt terrae caelum uisusque cohercent.
te testem dat, luna, sui glomeraminis orbis,
quae cum mersa nigris per noctem deficis umbris,
non omnis pariter confundis sidere gentes,
sed prius eoae quaerunt tua lumina terrae,
post, medio subiecta polo quaecumque coluntur,
ultima ad hesperios infectis uolueris alis,
seraque in extremis quatiuntur gentibus aera.
quodsi plana foret tellus, semel orta per omnem
deficeret pariter toti miserabilis orbi.
sed quia per teretem deducta est terra tumorem,
his modo, post illis apparet Delia terris
exoriens simul atque cadens; quia fertur in orbem
uentris et accliuis pariter decliuia iungit
atque alios superat gyros aliosque relinquit.
ex quo colligitur terrarum forma rotunda
hanc circum uariae gentes hominum atque ferarum
aeriaeque colunt uolucres. pars eius ad arctos
eminet, austrinis pars est habitabilis oris
sub pedibusque iacet nostris supraque uidetur
ipsa sibi fallente solo decliuia longa
et pariter surgente uia pariterque cadente.
hanc ubi ad occasus nostros sol aspicit ortus,
illic orta dies sopitas excitat urbes
et cum luce refert operum uadimonia terris;
nos in nocte sumus somnosque in membra uocamus.
pontus utrosque suis distinguit et alligat undis.
　hoc opus inmensi constructum corpore mundi
membraque naturae diuersa condita forma
aeris atque ignis terrae pelagique iacentis
uis animae diuina regit, sacroque meatu
conspirat deus et tacita ratione gubernat
mutuaque in cunctas dispensat foedera partes,

---

220 *cohercent* (c above r) l *coherent* m *cohercent* gc — 221 *glomerabilis* o — 222 *deficis* g *deficit* ω — 223 *confundis* g *confundit* ω — post 223 habet c 226. 225. 224. 227 in l adpictae sunt litterae *dcb* — 224 *lumine gentes* o — 227 *seraque* o — 228 *semel* o — 229 *deficeret* o *toto* (+ i above) l *toti* gm *toto* c — 233 *accliuis* o — 235 *terrarum* o — 238 *oris* lm *horis* g *orbis* c — 245 *somnosque in* lmc *somnos in* g *locamus* o — 251 *tacta* (i above) m — 252 [et] *multa* m *et multa* lgc *partes* o.

altera ut alterius uires faciatque feratque,
summaque per uarias maneat cognata figuras.
nunc tibi signorum lucentis undique flammas
ordinibus certis referam, primumque canentur
quae media obliquo praecingunt ordine mundum
solemque alternis uicibus per tempora portant
atque alia aduerso luctantia sidera mundo;
omnia, quae possis caelo numerare sereno;
e quibus et ratio fatorum ducitur omnis,
ut sit idem mundi primum quod continet arcem.
aurato princeps aries in uellere fulgens
respicit admirans auersum surgere taurum
summisso uultu geminos et fronte uocantem.
quos sequitur cancer, cancrum leo, uirgo leonem.
aequato tum libra die cum tempore noctis
attrahit ardenti fulgentem scorpion astro.
in cuius caudam contento dirigit arcu
mixtus equo uolucrem missurus iamque sagittam.
tum uenit angusto capricornus sidere flexus;
post hunc inflexa defundit aquarius urna
piscibus assuetas auide subeuntibus undas,
quos aries tangit claudentis ultima signa.
at qua fulgentis caelum consurgit ad arctos,
omnia quae summo despectant sidera mundo
nec norunt obitus unoque in uertice tendunt.
in diuersa situ caelumque et sidera torquens
aera per gelidum tenuis deducitur axis
libratumque regit diuerso cardine mundum,
sidereus circa medium quem uoluitur orbis
aetheriosque rotat cursus; inmotus at ille
in binas arctos magni per inania mundi

---

253 *alter ut* o — 255 *lucentis* o — ante vs. 263 *De XII signis De Ariete* lc *signis et* $\overset{o}{p}$ *de ariete* m — 264 *auersum* m *aduersum* ω — 265 *nocantem* (*n* ex *u* corr. L.) m *uocantem* lg *notantem* cv_2 — 272 *inflexa urna* m *inflexā urnā* ω *defundit* m *diffundit* ω — 273 *adsuetas* lm 274 *claudentis* g *cludentis* ω in margine *De axe* l — 275 *atqui* lgc *atque* m *fulgentis* o *celum* m (L) *caelo* ω *consurgit* o — 276 *despectant* o *mundo* lgm *caelo* c — 277 *imoque* m (E) *tantum* o — 278 *torquent* o — 280 *liberatumq* l — 282 *aetheriosque* m *aethereosque* lg *at* ex *ayt* corr. m.

perque ipsum terrae derectus constitit orbem.
nec uero e solido stant robora corporis illi
nec graue pondus habet, quod onus ferat aetheris alti;
sed cum aer omnis semper uoluatur in orbem,
quoque semel coepit, totus uolet undique in ipsum,
quodcumque in medio est, circa quod cuncta mouentur,
usque adeo tenue, ut uerti non possit in ipsum
nec iam inclinari nec se conuertere in orbem,
hoc dixere axem, quia motum non habet ullum,
ipse uidet circa uolitantia cuncta moueri.
summa tenent eius miseris notissima nautis
signa per inmensum cupidos ducentia pontum:
maioremque Helice maior decircinat arcum,
septem illam stellae certantes lumine signant,
qua duce per fluctus Graiae dant uela carinae.
angusto Cynosura breuis torquetur in orbe
quam spatio, tam luce minor; sed iudice uincit
maiorem Tyrio. Poenis haec certior auctor
non apparentem pelago quaerentibus orbem.
nec paribus positae sunt frontibus; utraque caudam
uergit in alterius rostro sequiturque sequentem.
has inter fusus circumque amplexus utramque
diuidit et cingit stellis ardentibus anguis,
ne coeant abeantue suis a sedibus umquam.
hunc inter mediumque orbem, quo sidera septem
per bis sena uolant contra nitentia signa,
mixta ex diuersis consurgunt uiribus astra
hinc uicina polo Phoebique hinc proxima flammis;
quae quia dissimilis, qua pugnat, temperat aer,
frugiferum sub se reddunt mortalibus orbem.
proxima frigentis arctos boreamque rigentem

---

284 *directus* o *conspicit* o — 285 *e* corr. m ex *et*. *stat robore* o ex *in* corr. *ei* m *ei* ω in margine ad 294 *De argonautis* l m — 294 *nouissima* m — 295 *inmensum* lgm — 296 *helicen* m ex *arcidum* corr. *arcum* m *arctum* ω — 298 *graia* m *carine* m — 299 *orbem* (*m* addidit corrector) m (L) *orbe* ω — 302 *orbe* m (add. corr. *m*) — ad 305 *De Angue* l *interfusus* g *inter fusus* ω — 307 *asedibus* l *asdibus* m (corr. in marg.) — 309 *lucencia* corr. ex *nicentia* m — 311 *uicena* m *solo hic celi* (+ poli celique huic) m *poli celique* ω — 314 *frigentis* m *frigentes* ω *regentem* m.

nixa uenit species genibus sibi conscia causae.
a tergo nitet arctophylax, idemque bootes,
quod stimulis iunctis instat de more iuuencis,
arcturumque rapit medio sub pectore secum.
at parte ex alia claro uolat orbe corona
luce micans uaria; nam stella uincitur una
circulus in media radiat quae maxima fronte
candidaque ardenti distinguit lumina flamma:
Gnosia desertae fulgent monimenta puellae.
at lyra diductis per caelum cornibus inter
sidera conspicitur, qua quondam ceperat Orpheus
omne quod attigerat cantu manesque per ipsos
fecit iter domuitque infernas carmine leges.
hinc caelestis honos similisque potentia causae:
tunc siluas et saxa trahens nunc sidera ducit
et rapit inmensum mundi reuolubilis orbem.
serpentem magnis ophiuchus nomine pugnis
diuidit, ut torto cingentem corpore corpus
explicet et nodos sinuataque terga per orbes;
respicit ille tamen molli ceruice reflexus
et redit elusis per laxa uolumina palmis:
semper erit paribus bellum, quia uiribus aequant.
proxima sors cycni, quem caelo Iuppiter ipse
imposuit, formae pretium, qua cepit amantem,
cum deus in niueum descendit uersus olorem
tergaque fidenti subiecit plumea Ledae.
nunc quoque diductas uolitat stellatus in alas.
hinc imitata nitent cursumque habitumque sagittae
sidera. tum magni Iouis ales fertur in altum,

---

316 ponunt ante 314 g l c ad 316 *Artofilax* l — 317 *similis* o — 321 *media* g m *medio* l c *radiat* m *radiant* ω *frunte* m (corr. *o* ex *u*) — 323 *et fulgent* l g c *et* om. m *monimenta* o — 324 *et lyra* o *deductis* o — 326 *actigerat* m *manansque* g *manensque* l *manesque* m (c?) — 330 *inmensum* m l *imm.* g — 331 *ingentem magnis Orpheu de* m *signis* o — 332 |||*etū* l (*etiam* coll. Vrat.) *itque etiam* g c *et toto* m *toto* ω *ingentem* l c *ingens* g *ingentem* m (corr. *cingentem*) *corpere* g c — 333 *explicet* l m *expliciet* τ expli†c^a^et g *et* g *ut* ω — 335 *et dedit* o *effusis* o — 336 *paribus* o — 337 *cyqni* o — 338 *inposuit* l m *pretio g pretium* l m — 339 *inimicum* (m_2 deleuit et corr. *innuieum*) m — 340 *plurima* l c *plumea* g *plumea* m (L) *plurima* m (E) — 341 *deductas* o.

assueto uolitans gestet ceu fulmina mundo
digna Ioue et caelo, quod sacris instruit armis.
tum quoque de ponto surgit delphinus ad astra
oceani caelique decus per utrumque sacratus.
quem rapido conatus equus comprendere cursu
festinat pectus fulgenti sidere clarus.
et finitur in Andromeda; *quam Perseus armis*
eripit et sociat sibi, cui succedit iniquo
diuisum spatio deltoton nomine sidus
ex simili dictum, quod lampas tertia dispar
conspicitur paribus; Cepheusque et Cassiopea
in poenas signata suas iuxtaque relicta
Andromedam uastos metuentem pristis hiatus
expositam ponto deflet scopulisque reuinctam.
in ueterem Perseus caelo quoque feruet amorem
auxilioque iuuet fugiendaque Gorgonis ora
sustineat spoliumque sibi pestemque uidenti.
tum uicina ferens nixo uestigia tauro
heniochus studio mundumque et nomen adeptus,
quem primum curru uolitantem Iuppiter alto
quadriiugis conspexit equis caeloque sacrauit.
hunc subeunt haedi claudentes sidere pontum,
nobilis et mundi nutrito rege capella,
cuius ab uberibus magnum ille ascendit Olympum
lacte fero crescens ad fulmina uimque tonandi;
hanc ergo aeternis merito sacrauit in astris
Iuppiter et caeli caelum mercede rependit.
pleiadesque hyadesque feri pars iuraque tauri
in boream scandunt. haec sunt aquilonia signa.

---

344 *adsueto* l *adsudet et* m (E) *adsudeto et* m (L) *cui* g *ceu* ω *mundi* o — 347 *hocceani* c *octaui* m — 348 *diuo* m *equus* ω — 349 *claris* m — 350 *Andromeda* o — 351 *et ripit* m — 352—354 *diuisus spatio quod tertia lampade* (l *lampada* ω) *conspicitur paribus deltoton* (*inde tolo* m) *nomine sidus ex simili dictum cepheus et Cassiopea* o — 354 sequuntur in o 399—402 '*haec uacuum — sidera miscent*' (duo folia quadragenorum quaternorum uersuum peruerse colligata erant in A 'Dubner') — 355 *relictam* o — 356 *piscis* o — 358 *in* lgc *ne* m + seruet *feruet* g *seruet* ω — 359 *exilioque* g — 360 *testemque* o — 361 *nexo* o — 362 *eniochus* glm — 363 *primo* o — 365 + hunc tunc l *tunc* ω — 365 *eludentes* m *cludentes* ω *sidera* m — 366 *nubilis* lmc *nobilis* g — 371 *iuraque* l *utraque* ω — 372 *borean* g *boream* ω.

aspice nunc infra solis surgentia cursus
quae super exustas labuntur sidera terras,
quaeque inter gelidum capricorni sidus et axe
imo subnixum uertuntur lumina mundum,
altera pars orbis sub quis iacet inuia nobis
ignotaeque hominum gentes nec transita regna
commune ex uno lumen ducentia sole
diuersasque umbras laeuaque cadentia signa
et dextros ortus caelo spectantia uerso.
nec minor est illis mundus nec lumine peior,
nec numerosa minus nascuntur sidera in orbem.
cetera non cedunt; uno uincuntur in astro:
Augusto, sidus nostro quod contigit orbi,
Caesar nunc terris, post caelo maximus auctor.
cernere uicinum geminis licet Oriona,
in magnam caeli tendentem bracchia partem,
nec minus extento surgentem ad sidera passu,
singula fulgentis umeros cui lumina signant,
et tribus obliquis demissus ducitur ensis.
at caput Orion excelso inmersus Olympo
per tria subducto signatur lumina uultu;
non quod clara minus, sed quod magis alta recedunt.
hoc duce per totum decurrunt sidera mundum.
subsequitur rapido contenta canicula cursu,
qua nullum terris uiolentius aduenit astrum
nec grauius cedit; nunc horrida frigore surgit
nunc uacuum soli fulgentem deserit orbem.
sic in utrumque mouet mundum et contraria reddit.
hanc qui surgentem, primo cum redditur ortu,
montis ab excelso speculantur uertice Tauri,

373 *intra* o *capricorni sicubet* m (in marg. corr.) *axem* o — 376 *sidera* g *lumina* o *mundum* g *mundo* ω — 377 *sub* ||| *iacet* g (*aquis* add. in marg. man. rec.) *sub quis iacet* ω — 380 *leuaque* m *leuamque* ω — 381 *celos peccantia* m — 383 *in orbe* o — 385 *quod* o — 388 *tendentem* o — 389 *sidera* l *ad sidera* m om. *ad* gc — 390 *fulgentis* m *fulgentes* ω *humeros* lg $\overset{h}{u}$*meros* m — 392 *excesso* m (marg. corr.) *inmensus* m *immensus* lgc — 393 *signantur* m — 394 *recedant* o — 398 *nec* o *horrida* gl *orrida* m *saeuit* g *surgit* ω — 399 *Haec* lgc *ne* m *solis fulgentem deserit* o sequuntur in o '*His inter*' — *sidera caelo* 449—529 — 401 *qui* gm *quam* lc.

euentus frugum uarios et tempora dicunt,
quaeque ualetudo ueniat, concordia quanta;
bella facit pacemque refert uarieque reuertens
sic mouet, ut uidit mundum, uultuque gubernat.
magna fides hoc posse color cursusque micantis
in radios: uix sole minor, nisi quod procul haerens
frigida caeruleo contorquet lumina uultu.
cetera uincuntur specie, nec clarius astrum
tinguitur oceano caelumue reuisit ab undis.
tum procyon ueloxque lepus, tum nobilis argo
in caelum subducta mari, quod prima cucurrit,
emeritum magnis mundum tenet acta periclis
seruando dea facta deos. cui proximus anguis
squamea dispositis imitatur lumina flammis.
et Phoebo sacer ales et una gratus Iaccho
crater et duplici centaurus imagine fulget,
pars hominis, tergo pectus commissus equino.
ipsius hinc mundo templum est, uictrixque solutis
ara nitet sacris, uastos cum terra gigantes
429 discordes uultu permixtaque corpora partu
in caelum furibunda tulit. tum di quoque magnos
quaesiuere deos; dubitauit Iuppiter ipse
quod poterat non posse timens, cum surgere terram
cerneret, ut uerti naturam crederet omnem,
montibus atque altis aggestos crescere montes,
et tam uicinos fugientia sidera colles.
428 *arma importantes et rupta matre creatos,*
necdum pestiferum sibi quemquam aut numina norant
si qua forent maiora suis. tunc Iuppiter arae
sidera constituit, quae nunc quoque maxima fulgent.
quam propter pristis conuoluens suqamea terga
orbibus insurgit tortis et fluctuat aluo.

403 *ducunt* g (in rasura) *dicunt* ω — 404 *ualitudo* o — 409 *lùmina* l — 412 *tunc* o *prochion* o *lupus* g *lepus* ω — 414 *periclis* o (*procellis* pM) — 416 *nutantur* m (in marg. corr.) — 419 *conmissus* lm — 420 *hic* lm *hinc* gc — 421 *gigantas* m (*a* ex *i* corr. L) *gigantes* ω — 422 *tumidi* o — 425 *et* o — 426 *aliis* o — 427 *colles* o — 428 *importantis* m *importantes* ω *et* o *coactos* g — 429 *uultu* o *corpore* (a supra) m *partus* o — 430 *hostiferum* o *aut* omittunt o *norant* o — 431 *suis crauit et are* m (in marg. corr.) — 432 *fulgent* o — 434 *tortus* (i supra) l *tortis* gm.

intentans morsum similis iam iamque tenenti,
qualis ad expositae fatum Cepheidos undis
expulit adueniens ultra sua litora pontum.
tum notius piscis uenti de nomine dictus
exurgit de parte noti; cui iuncta feruntur
flexa per ingentis stellarum flumina gyros.
alterius capiti coniungit aquarius undas
amnis, et in medium coeunt et sidera miscent.
 his inter solisque uias arctosque latentis
axem quae mundi stridentem pondere torquent,
orbe peregrino caelum depingitur astris,
quae notia antiqui dixerunt sidera uates.
ultima quae mundo semper uoluuntur in imo,
quis innixa manent caeli fulgentia templa,
nusquam in conspectum redeuntia cardine uerso
sublimis speciem mundi similisque figuras
astrorum referunt. et uersas frontibus arctos
uno distingui medias claudique dracone
credimus exemplo. quamuis fugientia uisus
hunc orbem caeli uertentis sidera cursu
cardine tam simili fultum quam uertice pingunt.
 haec igitur magno diuisas aethere sedes
signa tenent mundi totum deducta per orbem.
tu modo corporeis similis ne quaere figuras,
omnia ut aequali fulgentia membra colore
deficiat nihil aut uacuum qua lumine cesset.
non poterit mundus sufferre incendia tanta,
omnia si plenis ardebunt sidera membris.
quicquid subduxit flammis natura pepercit
succubitura oneri, formas disiungere tantum
contenta et stellis ostendere sidera certis.
linea designat species, atque ignibus ignes

---

435 *intaentans* m *morsu* l *morsum* g *similem morsum* m — 438 *tunc* g *nothius* l c — 439 *exurgit* o *cuncta* o — 440 *ingentis* m *giros* o — 441 *alterius* gm *ulterius* l *capti* l (Vrat. coll.) — 443 *latentes* o — 446 *nocia* m *nothia* g *siderē* (+a) l — 447 *innexa* o *fulgentia signa* g — 449 *conspectum* l *conspectu* g m — 450 *species* g c (l Vrat. coll.) *speciem* l m *similisq* m *similesque* ω — 453 *fulgentia* o — 455 *pingit* o — 458 *similis* m — 459 *omni aut* l c *oma ut* g *ut* corr. ex *aut* m — 460 *et* o *qua* o *cessit* o — 464 *subcubitura* l c *succubitura* g m.

respondent, media extremis atque ultima summis
creduntur; satis est, si se non omnia celant.
praecipue medio cum luna implebitur orbe,
certa nitent mundo tum lumina: conditur omne
stellarum uulgus, fugiunt sine nomine signa.
pura licet uacuo tum cernere sidera caelo,
nec fallunt numero paruis nec mixta feruntur.
et quo clara magis possis cognoscere signa,
non uarios obitus norunt uariosue recursus;
certa sed in proprias oriuntur sidera luces
natalesque suos occasumque ordine seruant.
nec quicquam in tanta magis est mirabile mole,
quam ratio et certis quod legibus omnia parent.
nusquam turba nocet, nihil ullis partibus errat,
laxius aut breuius mutatoue ordine fertur.
quid tam confusum specie, quid tam uice certum est?
  ac mihi tam praesens ratio non ulla uidetur,
qua pateat mundum diuino numine uerti
atque ipsum esse deum nec forte coisse magistra,
ut uoluit credi, qui primus moenia mundi
seminibus struxit minimis inque illa resoluit,
e quis et maria et terras et sidera caeli
aetheraque inmensis fabricantem finibus orbes
soluentemque alios constare et cuncta reuerti
in sua principia et rerum mutare figuras.
quis credat tantas operum sine numine moles
ex minimis caecoque creatum foedere mundum?
si fors ista dedit nobis, fors ipsa gubernet.
at cur dispositis uicibus consurgere signa
et uelut imperio praescriptos reddere cursus
cernimus ac nullis properantibus ulla relinqui?
cur eadem aestiuas exornant sidera noctes

467 *mediae* o — 468 *creduntur* o — 470 *cum lumina* m *luna* ω *ceditur* (on *supra*) l *ceditur* g *conditur* m c — 471 *signa* o — 472 *plura* o — 474 *quod* l *quod* c *quo* gm — 475 *uariosque* o — 477 *natalesque* o — 480 *erra|t* m *errat* ω — 481 *Laxius* ex *Partibus* corr. m *et* o *leuius* o — ante 483 *De aeternitate mundi* lgmc — 484 *quam* l *quā* g *qua* mc — 489 *inmensos* lm *immensos* ω — 490 *constare* o — 492 *credit* m (L) — 493 *celoque* m — 495 *At* corr. m ex *Ad* — 498 *aestiuis* (uas *supra*) l *noctis* (e *supra*) l *noctes* gc *noctis* m.

semper et hibernas eadem, certamque figuram
quisque dies reddit mundo certamque relinquit?
iam tum, cum Graiae uerterunt Pergama gentes,
arctos et Orion aduersis frontibus ibant,
haec contenta suos in uertice flectere gyros,
ille ex diuerso uertentem surgere contra
obuius et toto semper decurrere mundo.
temporaque obscurae noctis deprendere signis
iam poterant, caelumque suas distinxerat horas.
quot post excidium Troiae sunt eruta regna!
quot capti populi! quotiens fortuna per orbem
seruitium imperiumque tulit uarieque reuertit!
Troianos cineres in quantum oblita refouit
imperium! fatis Asiae iam Graecia pressa est.
saecula dinumerare piget, quotiensque recurrens
lustrarit mundum uario sol igneus orbe.
omnia mortali mutantur lege creata,
nec se cognoscunt terrae, uertentibus annis
exutas uariam faciem per saecula gentes.
at manet incolumis mundus suaque omnia seruat,
quae nec longa dies auget minuitue senectus,
nec motus puncto curuat cursusue fatigat:
idem semper erit, quoniam semper fuit idem.
non alium uidere patres aliumue nepotes
aspicient: deus est, qui non mutatur in aeuo.
numquam transuersas solem decurrere ad arctos
nec mutare uias et in ortum uertere cursus
auroramque nouis nascentem ostendere terris,
nec lunam certos excedere luminis orbes
sed seruare modum, quo crescat quoue recedat,

---

501 *Graia euerterunt* l c *graie cuerterunt* m *graiae uerterunt* g *per magna* m (in marg. corr.) — 502 *Arctus* l g *arctŏs* c *arctos* m — 505 *celo* (+ mundo) g — 506 *depr|||dere* l *deprehendere* m *deprendere* g c — 507 *poterat* g — 508 *quod* l m c *quot* g — 509 *quod* l c m *quot* g — 512 *gretia* l *grecia* g m — 514 *lustraret* (+ a) l *lustrari* m *lustrarit* g *lustraret* c — 516 *annos* m — 517 |*xutas* (initialis deest) l *exutas* g c *lunaria exutā* m (in marg. corr. *exutas uariam*) — 519 *minuitque* o — 520 *pọnto* (c) l *ponto* g *puncto* c m *currat* l c *curuat* g m — 521 *fuit isdem* l *idem* (s) c *īsdem* m *idem* g — 522 *aliumue* o.

nec cadere in terram pendentia sidera caelo
sed dimensa suis consumere tempora signis:
non casus opus est, magni sed numinis ordo.
    haec igitur texunt aequali sidera tractu
ignibus in uarias caelum laqueantia formas.
altius his nihil est; haec sunt fastigia mundi;
publica naturae domus his contenta tenetur
finibus amplectens pontum terrasque iacentis.
omnia concordi tractu ueniuntque caduntque,
qua semel incubuit caelum uersumque resurgit.
    ipse autem quantum conuexo mundus Olympo
obtineat spatium, quantis bis sena ferantur
finibus astra, docet ratio, cui nulla resistunt
claustra nec inmensae moles ceduntque recessus,
omnia succumbunt, ipsum est penetrabile caelum.
nam quantum a terris atque aequore signa recedunt,
tantum bina patent. quacumque inciditur orbis
per medium, pars efficitur tum tertia gyri
exiguo dirimens solidam discrimine summam.
astra igitur caelum bis bina refugit ab imo
summum, bis senis ut sit pars tertia signis.
sed quia per medium est tellus suspensa profundum,
binis a summo signis discedit et imo.
hinc igitur quodcumque supra te suspicis ipse,
qua per inane meant oculi quaque ire recusant,
binis aequandum est signis, sex tanta rotundae
efficiunt orbem zonae, qua signa feruntur
bis sex aequali spatio texentia caelum.
nec mirere uagos partus eadem esse per astra
et mixtum ingenti generis discrimine fetum,

529 *terram* o — sequitur: *De parallelis circulis. Circulus ad — uolitantia gyro* (566—611) lm. om. *de parall.* c. g (trajectio eadem est) — 532 *sidere* (+ a) l — 533 *in* “[1] *caelum* “[2] *uarias* l (coll. Vrat.) *in c. u.* g *in uarias caelum* mc — 536 *iacentis* m *iacentes* ω — post 538 (resurgit): *De magnitudine et latitudine mundi et signorum* l (min) g (maj.) *d latitudine et magnitudine m. e. s.* m deest in c — 543 *subcumbunt* lm — 545 *quarūque* m — 548 *summum igitur* o *uno* g — 549 *astra bis* o — 552 *hac geritur* m — 553 |*ua* l *que* m *quaque* l *queque* m — 554 *tantam* l *tante* m — 557 *nec* o — 558 *fetum* m (L) *fatum* ω.

singula cum tantum teneant tantoque ferantur
tempore; sex tota surgentia sidera luce

* * * *

restat ut aetherios fines tibi reddere coner
filaque dispositis uicibus comitantia caelum,
563 per quae dirigitur signorum flammeus ordo.
566 circulus ad boream fulgentis sustinet arctos
sexque fugit solidas a caeli uertice partes.
alter ad extremi decurrens sidera cancri,
in quo consummat Phoebus lucemque moramque
tardaque per longos circumfert lumina flexus,
aestiuus medio nomen sibi sumit ab aestu
temporis et titulo potitur metamque uolantis
solis et extremos designat feruidus actus
et quinque in partes aquilonis distat ab orbe.
tertius in media mundi regione locatus
ingenti spera totum praecingit Olympum
parte ab utraque uidens axem, quo limite Phoebus
componit paribus numeris noctemque diemque
ueris et autumni currens per tempora mixta,
cum medium aequali distinguit limite caelum
quattuor et gradibus sua fila reducit ab aestu.
proximus hunc ultra brumalis nomine limes
ultima designat fugientis lumina solis
inuidaque obliqua radiorum munera flamma
dat per iter minimum nobis; sed finibus illis,
quos super incubuit, longa stant tempora luce,
uixque dies transit candentem extenta per aestum,

---

559 *signa cum* m — ante 561: *De coluris* l, idem in marg. a m. rec. g c *De circulis celestibus — de coluris* m (u_1 u_2) — post 563 sequuntur — 564 *circulus a summo nascentem uertice mundum* 565 *perment Artophilaca petens per terga draconis* in o tum in m (u_1 u_2): 565a *tangit et originem chelarum summa regidit* 565b *sexqne fugit solidas celi uertice partes* (sqq. 612 *extremamque*) — 566 g in marg: *de parallelis circulis* (m) — 566 *fulgentem arcton* o — 567 *a celi* o — 571 *aestiuōm* m *aestiuum* ω — 572 *metaque* o — 576 *spera* o — 577 *quo* o *lụmine* l *lumine* ω — 580 *lumine* g — 581 *filia* m (corr. in marg.) — 582 *tịngens* (+ cingens) l *timens* m *tangens* g *cingens* c — 583 *lụmine* l (coll. Vrat.) *lumina* ω — 584 *inuique* c *inuiaque* ω — 585 *uobis* g l c m (L) *nobis* m (E).

bisque iacet binis summotus partibus orbis.
unus ab his superest extremo proximus axi
circulus, austrinas qui stringit et obsidet arctos.
hic quoque brumalem per partes quinque relinquit,
et quantum a nostro sublimis cardine gyrus,
distat ab aduerso tantundem proximus illi.
sic tibi per binas uertex a uertice partes
diuisus duplici summa circumdat Olympum
et per quinque notat signantis tempora fines.
his eadem est uia quae mundo pariterque rotantur
inclines sociosque ortus occasibus aequant,
quandoquidem textu, quo totus uoluitur orbis,
fila trahunt alti cursum comitantia caeli
interualla pari seruantes limite semper
diuisosque semel fines sortemque dicatam.
sunt duo, quos recipit ductos a uertice uertex,
inter se aduersi, qui cunctos ante relatos
seque secant gemino coeuntes cardine mundi
transuersoque polo rectum ducuntur in axem,
tempora signantes anni caelumque per astra
quattuor in partes diuisum mensibus aequis.
alter ab excelso decurrens limes Olympo
serpentis caudam siccas et diuidit arctos
et iuga chelarum medio uolitantia gyro
extremamque secans hydram mediumque sub austris
centaurum aduerso concurrit rursus in axe
et redit in caelum squamosaque tergora ceti
lanigerique notat fines clarumque trigonum
Andromedaeque sinus imos, uestigia matris
principiumque suum repetito cardine claudit.
alter in hunc medium summumque incumbit in axem

590 *astrina* m (Löwe: *u* et *s* addit corr.) *austrinus* ω *stringet* m — 591 *hinc* m *hic* ω — 593 *tantūdem* m *tantundem* ω — 594 *binas* o *partis* m — 595 *summam* m — 596 *signantis* m *signantes* ω — 597 *is* c *hiis* m — 599 *Quando quindiem* m *sexti* lg *sexto* cm — 601 *seruantis* lgm *seruantes* c — 602 *sortem finesque* l — ad 603 in marg. *coluri* g — 603 *uertic* m — 606 *rectŏ* m — post 611 seqq. in o *sed dimensa suis* vs. 530 sqq. — 612 *serans* m *astris* o — 613 *aduersus* c — 614 *celum* m *cetum* ω *coeti* lm *ceti* gc — 616 *fastigia* [+ uestigia] l *fastigia* gc *uestigia* m.

perque pedes primos ceruicem transit et ursae,
quam septem stellae primam iam solo remoto
producunt nigrae praebentem lumina nocti,
et geminis cancrum dirimit stringitque flagrantem
ore canem clauumque ratis, quae uicerat aequor.
inde axem occultum per gyri signa prioris
transuersa atque illo rursus de limite tangit
te, capricorne, tuisque aquilam designat ab astris
perque lyram inuersam currens spirasque draconis
posteriora pedum Cynosurae praeterit astra
transuersamque secat uicino cardine caudam.
hic iterum coit ipse sibi memor unde profectus.
   atque his aeternam fixerunt tempora sedem
inmotis per signa modis statione perenni.
hos uolucris fecere duos; namque alter ab ipsa
consurgens Helice medium praecidit Olympum
discernitque diem sextamque examinat horam
et paribus spatiis occasus cernit et ortus.
hic mutat per signa uices: ceu si quis eoos
seu petit hesperios, supra se circinat orbem
uerticibus super astantem mediumque secantem
caelum et diuiso signantem culmine mundum
642 cumque loco terrae caelumque et tempora mutat,
641 quando aliis aliud medium est; uolat hora per orbem.
643 atque ubi se primis extollit Phoebus ab undis,
illis sexta manet, quos tum premit aureus orbis.
rursus ad hesperios sexta est, ubi cedit in umbras;
nos primam ac summam sextam numeramus utramque
et gelidum extremo lumen sentimus ab igni.
alterius fines si uis cognoscere gyri,

---

619 *pectus* (+ ceruit) m — 621 *lumilia* m — 622 *stringit fl.* m — 623 *canum* m — 625 *dilimite* m — 627 *currensque spiras* m — 628 *praeterit* m *perterit* ω (*proterit* p) — 630 *inde* m — ante 631 *de anabibazonte et horizonte* g l — 631 *hoc* o *aeterna* m *sedem* ω (*sede* m L) — 632 *inmotis* m — 637 *Hic* o *mutat* o *seu si* o *edos* (o) m — 638 *parit* m — 640 *culminat* m — 641 uersum uncinis includit m — 642 *et* om m — 643 *abundus* m — 644 *tamen premit* m — 646 *utranque* g *utq.* c *utraque* l *utroque* m hic repetit uersum 641 m (L) *extremum* m *igni* m — 648 *suos* m *giris* l m c *giri* g.

circumfer facilis oculos uultumque per orbem.
quicquid erit caelique imum terraeque supremum,
qua coit ipse sibi nullo discrimine mundus
redditque aut recipit fulgentia sidera ponto,
praecingit tenui transuersum limite mundum.
haec quoque per totum uolitabit linea caelum,
non tantum ad medium uergens mediumque repente
orbem nunc septem ad stellas nec mota sub astra,
sed quaecumque uagae tulerint uestigia plantae
has modo terrarum nunc has gradientis in oras,
semper erit nouus et terris mutabitur arcus;
quippe aliud caelum ostendens aliudque relinquens
dimidium teget et referet uarioque notabit
fine et cum uisu pariter sua fila mouente.
hic terrestris erit, quia terram amplectitur orbis,
et mundum pleno praecingit limite gyrus.
atque a fine trahens titulum memoratur horizon.
his adice obliquos aduersaque fila trahentis
inter se gyros, quorum fulgentia signa
alter habet, per quae Phoebus moderatur habenas,
subsequiturque suo solem uaga Delia curru,
et quinque aduerso luctantia sidera mundo
exercent uarias naturae lege choreas.
hunc tenet a summo cancer, capricornus ab imo,
bis recipit, lucem qui circulus aequat et umbras,
lanigeri et librae signo sua fila secantem.
sic per tris gyros inflexus ducitur orbis
rectaque deuexo fallit uestigia cliuo;
nec uisus aciemque fugit tantumque notari
mente potest, sicut cernuntur mente priores.
sed nitet ingenti stellatus balteus orbe
insignemque facit caelato limite mundum
et ter uicenas partes patet atque trecentas

---

649 *faciles* o *multum per* m — 650 *Quidq.* m *terraeque* g *terraque* ω — 655 *Non tantum* o (*nunc* p) *repente o* — 656 *nunc mota sub* o — 657 *quaecumque* lgm *q̄cũq.* c *tulerunt in horas* o — 661 *tegit* gm *regit* lc *refert* ω — 664 *pleno producit lumite* m — 665 *atque asie* c *orison* m *orizon* gl — ante 666 *De zodiaco et lacteo circulis* lc om. *et* g nullum lemma in m — 666 *adite* m *addice* c *trahentis* m — 669 om. m — 671 *coreas* ç — 675 *tris* m *tres* ω — 680 *caelato lumine* m.

in longum; bis sex latescit fascia partes,
quae cohibet uario labentia sidera cursu.
alter in aduersum positus succedit ad arctos
et paulum a boreae gyro sua fila reducit
transitque inuersae per sidera Cassiepiae.
inde per obliquum descendens tangit olorem
aestiuosque secat fines aquilamque supinam
temporaque aequantem gyrum zonamque ferentem
solis equos inter caudam, qua scorpius ardet,
extremamque sagittari laeuam atque sagittam.
inde suos sinuat flexus per crura pedesque
centauri alterius rursusque ascendere caelum
incipit Argiuumque ratem per aplustria summa
et medium mundi gyrum geminosque per ima
signa secat, subit heniochum, teque, unde profectus,
Cassiepia, petens super ipsum Persea transit
orbemque ex illa coeptum concludit in ipsa
trisque secat medios gyros et signa ferentem
partibus e binis, quotiens praeciditur ipse.
nec quaerendus erit: uisus incurrit in ipsos
sponte sua seque ipse docet cogitque notari.
namque in caeruleo candens nitet orbita mundo
ceu missura diem subito caelumque recludens.
ac ueluti uirides discernit semita campos,
quam terit assiduo renouans iter orbita tractu;
inter diuisas aequalibus est uia partes
ut freta canescunt sulcum ducente carina
accipiuntque uiam fluctus spumantibus undis,
quam tortus uerso mouit de gurgite uertex,
candidus in nigro lucet sic limes Olympo,
caeruleum findens ingenti lumine mundum.

---

683 *cursum* m — 684 *aduersum* l g m *aduersos* c *posit*$\overset{a}{o}$*s* l *positas* g *positos* m c — 685 *abboreae* l c *aboreae* m *ad boreae* g *giros* g — 686 *transque* m *cassi eopiae* m (L) — 690 *equis* m — 691 *sagittari* m (*i* add. corr.) *sagittarii* ω — 692 693 694 in c post 147 in marg. notat l — 694 *argi* $\overset{un}{m}$*cque* m *amplustria* m — 695 *ima* l g m *imum* c — 697 *cassiepeia* corr. *Cassiqpia* m (L) *tangit* m — 699 *trisque* o *secant* m — 703 *orbite* c — 704 *subitum* m — 705 *uiridis* m *uirides* ω — 706 *tractū* m — 707 *diu*$\overset{+a}{i}$*sis* l g *diuisis* m c *part*$\overset{+e}{i}$*s* l *partis* c m *partes* g — 711 *lucet sic limes* o — 712 *fi*$\overset{+d}{n}$*gens* l *fingens* g c *findens* m.

utque suos arcus per nubila circinat Iris,
sic superincumbit signato culmine limes
candidus et resupina facit mortalibus ora,
dum noua per caecam uibrantur lumina noctem,
inquiruntque sacras humano pectore causas,
num se diductis conetur soluere moles
segminibus, raraque labent compagine rimae
admittantque nouum laxato tegmine lumen.
quid? quasi non timeant, magni cum uulnera caeli
conspiciant, feriatque oculos iniuria mundi? —
an coeat mundus, duplicisque extrema cauernae
conueniant caelique oras et sidera iungant,
perque ipsos fiat nexus manifesta cicatrix
fusuram faciens mundi, stipatus et orbis
aeriam in nebulam clara compagine uersus
in cuneos alti cogat fundamina caeli?
an melius manet illa fides, per saecula prisca
illac solis equos diuersis cursibus isse
atque aliam triuisse uiam, longumque per aeuum
exustas sedes incoctaue sidera flammis
caeruleam uerso speciem mutasse colore,
infusumque loco cinerem mundumque sepultum?
fama etiam antiquis ad nos descendit ab annis,
Phaethontem patrio curru per signa uolantem,
dum noua miratur proprius spectacula mundi
et puer in caelo ludit curruque superbus
luxuriat mundo cupit et maiora parente,
742 deflexum solito cursu curuisque quadrigis
740 monstratas liquisse uias orbemque recentem

713 *nubilat* m *hiris* m — 715 *supina* c — 716 *tactam* m *uibrantur* o (*umbrantur* M *mirantur* Ven.) — 717 *pernoua pectora* c — 718 *deductis* o — 719 *seminibus* o *compage carinae* c et ex corr. m *compagine rimae* lgm — 720 *admittantque* (it *supra*) l *pectore* c — 721 *quasi* o — 723 *mundus* m *mundum* ω — 724 *oras* m *horas* ω — 725 *ipsos iun||gant* c — 726 *fusuram* (+ fiss *supra*) l *fissuram* c *fusuram* g *fusuram u* corr. in *ix* m — 728 *coğat alti* c *altique* cogat m — 730 *illa*[c] m (E.) *illa* m (L.) *illac* ω *diuersos* c *cursibus* lgm (L.) — 732 *exutas* (s *supra*) l *exustas* gm *exutas* c — 733 *colore* o — 734 *infusum* lc *infusumque* gm — 736 *cursu* m — 738 *curruque* g *cursuque* ω — 739 *patente* (r *supra*) m *parentē* ω sequitur v. 740 o — 742 *curuisque* corr. ex *riuisque* m — 740 *regentem* lcm *rigentem* g.

imposuisse polo; nec signa insueta tulisse
errantis nutu flammas cursumque solutum.
quid querimur, flammas totum saeuisse per orbem,
terrarumque rogum cunctas arsisse per urbes,
cum uaga dispersi fluitarunt lumina currus,
et caelum exustum est? luit ipse incendia mundus,
et noua uicinis flagrarunt sidera flammis
nunc quoque praeteriti faciem referentia casus.
nec mihi celanda est famae uulgata uetustas
mollior: e niueo lactis fluxisse liquorem
pectore reginae diuum caelumque colore
infecisse suo. quapropter lacteus orbis
dicitur, et nomen causa descendit ab ipsa.
an maior densa stellarum turba corona
conuexit flammas et crasso lumine candet,
et fulgore nitet collato clarior orbis?
an fortes animae dignataque numina caelo
corporibus resoluta suis terraeque remissa
huc migrant ex orbe suumque habitantia caelum
aetherios uiuunt annos mundoque fruuntur?
atque hic Aeacidas, hic et ueneramur Atridas
Tydidemque ferum terraeque marisque triumphis
naturae uictorem Ithacum Pyliumque senecta
insignem triplici, Danaumque ad Pergama reges
castra ducum et caeli uictamque sub Hectore Trojam
auroraeque nigrum partum stirpemque tonantis
rectorem Lyciae; nec te, Mauortia uirgo,
praeteream regesque alios, quos Thraecia misit

---

741 *inposuisse* cm *impossuisse* g seq. in o v 742 — 743 *errantis* m *errantes* ω *nătu* lm *nutu* gc *currumque* *r* ex *s* corr. m — 744 *Quoḍ* l *quo* g c *quid* m *seuisse* o (m Löwe) — 745 *que* om. l *urbes* g l *orbes* cm — 746 *limine* m (L) *lumina* ω — 747 *exuˢtum* l *est* om. m *ipsa* c *ipsa* ex *ipse* corr. m — 748 *et noua* o — 749 *reserᵃ̄ntia* l *reserantia* g c *referencia* m — 750 *celandịᵃ* l *uetustas* o — 751 *an maior* o *densat* l c m *densa* g — 756 *conᵗuexit* l *contexit* c m *conuexit* g *candorᵉᵗ* m — 757 *collato* o — 758 *nŏminẹᵃ* l *nomina* g *nomine* m *lumina* c — 760 *que* om. c m — 761 *feruntur* corr. in marg. *fruuntur* m — 763 *Atque* ^hic^ *ae*|||*acidas* l *ueneramur* l g m *uenerantur* c — 764 *Titidemque* l g c *Tididemque* m — 764 *iliumque* l g c *peliumque* m — 766 *castra ducum et caeli* o *uictamq. sub hectore troiam* o — 767 *iugītu parti* m (in marg. corr.) — 768 *litie* g — 769 *grecia* g *graecia* ω *reges alios* m.

atque Asiae gentes et Magno maxima Pella;
quique animi uires et strictas pondere mentes
prudentes habuere uiri, quibus omnis in ipsis
census erat, iustusque Solon fortisque Lycurgus,
aetheriusque Platon et qui fabricauerat illum
damnatusque suas melius damnauit Athenas,
Persidis et uictor, strarat quae classibus aequor.
Romanique uiri, quorum iam maxima turba est:
Tarquinioque minus reges, et Horatia proles,
tota acies partus, nec non et Scaeuola trunco
nobilior, maiorque uiris et Cloelia uirgo,
et Romana ferens, quae texit, moenia Cocles,
et commilitio uolucris Coruinus adeptus
et spolia et nomen, qui gestat in alite Phoebum,
et Ioue qui meruit caelum Romamque Camillus
seruando posuit, Brutusque a rege receptae
conditor, et Pyrrhi per bella Papirius ultor,
Fabricius Curiusque pares et tertia palma
Marcellus, Cossusque prior de rege necato,
certantesque Deci uotis similesque triumphis,
inuictusque mora Fabius, uictorque necati
Liuius Hasdrubalis socio per bella Nerone,
Scipiadaeque duces, fatum Carthaginis unum,
Pompeiusque orbis domitor per trisque triumphos
ante deum princeps, et censu Tullius oris
emeritus caelum, et tu, Claudi magna propago,
Aemiliaeque domus proceres, clarique Metelli,
et Cato fortunae uictor, matrisque sub armis
miles Agrippa suae; Venerisque ab origine proles

---

770 *bella* c *pella* lgm — 771 *mentis* m — 773 *iustus* c *solō* m *ligurgus* o — 774 *aethereusq* lgm *Plato nec* o — 775 *Dampnatus - dampnauit* lm — 776 *quiclassibus* l *qui* gc *straraton* corr. in *strauit qui* m — 777 *uir liquorum* m (corr. m_2) — 778 *Terquinioq* m *oratia* lgc — 779 *partus* o *sceuola* l — 780 *eo colia* l *est et colia* m *eo colia* gc — 782 *cum milicio* o *coruitus* lgc *coriutus* m *adētus* m *ademptus* g — 784 *camillis* gl *camillus* ex *cauillis* m — 785 *recepta* o — 786 *pirri* gc *pirrhi* l *phirri* m — 787 *turiusq.* m *parent* lg *patens* m *pares* c *terra* m — 788 *natato* m *notato* ω — 789 *decii* o — 790 *flammis* m *flauius* ω — 791 *Hasdribalis* lm — 792 *Kartaginis* l *cartaginis* gm — 793 *tresque* g *trisque* ω — 795 *Claudia* lcm *claudu* g (*Claudii* Thomas) — 797 *arnis* m (L) *aruis* m (E) *armis* ω — 798 *Agrippe* m *uenerisq* m *uentrisque* ω.

Iulia descendit caelo caelumque repleuit,
quod regit Augustus socio per signa tonante,
cernit et in coetu diuum Magnum atque Quirinum
altius aetherii quam candet circulus orbis.
illa deum sedes, haec illis proxima, diuum
qui uirtute sua similes uestigia tangunt.
  ac prius incipiam stellis quam reddere uires
signorumque canam fatalia carmine iura,
implenda est mundi facies corpusque per omne
quicquid ubi niteat uigeat quandoque notandum est.
sunt alia aduerso pugnantia sidera mundo,
quae terram caelumque inter uolitantia pendent.
sunt etiam raris orti natalibus ignes
protinus et rapti. subitas candescere flammas
aera per liquidum fractosque perire cometas
rara per ingentis uiderunt saecula motus.
siue quod ingenitum terra spirante uaporem
umidior sicca superatur spiritus aura,
nubila cum longo cessant dispulsa sereno,
et solis radiis arescit torridus aer,
apta alimenta sibi demissus corripit ignis,
materiamque sui deprendit flamma capacem.
et quia non solidum est corpus, sed rara uagantur
principia aurarum uolucrique simillima fumo,
in breue uiuit opus coeptique incendia fine
subsistunt pariterque cadunt fulgentque cometae.
quod nisi uicinos agerent occasibus ortus,

---

801 *caetu* l *diuum* corr. ex *dum* m *quirini* g — 802 *aetherii* m *aetherei* ω *candit* (e supra) l *candit* gm *condit* c — 803 *diūm* (u supra) g — 804 *similis* (e supra) l *similis* m *similes* g — in marg.: *De cometis* gm — post 804 sequuntur in o: 809—812 — 805 |c lmc — 806 *carmina* m — 808 *quidquam* m *nitet* o *notandum est* om. g (in marg. add. m. rec.) — 809 *alio* m *aduersa* m — 810 *terram caelumq* o — 811 et 812 *Saturni Iouis et Martis solisque sub illis Mercurius Venerem interagit Lunamque locatus* uersus spurii in o leguntur (*intāngit* m) — 813 *etiam* o *rari sorti* o *euntes* o — *natalis* — *rapti* om. m — 814 *protenus* l *protinus* gc *lamas* gm — 815 *tractosque* o — 816 *raro* m (E·) *ingentes* gc * in l *e* correctum *ingentis* m — 817 *ingentum* m *ingeniū* c *humidior* o — 819 *dispulsa* m — 820 *cordibus* g — 821 *acra* m (L) *aera* m (E) *acta* ω — 822 *dep̄hendit* gc *deprendit* l *depraendit* m *capacem* o — 825 *ceptaq* gl *coeptaque* cm *finē* g — 826 *subsistant* m *cometa* lm *cometae* g — 827 *n* (i supra) lg *ortis* m.

et tam parua forent accensis tempora flammis,
alter nocte dies esset, caelumque rediret
inuersum et somno totum deprenderet orbem.
tum quia non una specie dispergitur omnis
aridior terrae uapor et comprenditur igni,
diuersas quoque per facies accensa feruntur
lumina, quae subitis existunt nata tenebris.
nam modo, ceu longi fluitent de uertice crines,
flamma comas imitata uolat, tenuisque capillos
diffusos radiis ardentibus explicat ignis.
nunc prior haec species dispersis crinibus exit,
et glomus ardentis sequitur sub imagine barbae
hirta figurantis tremulo sub pectore menta.
interdum aequali laterum compagine ductus
quadratamue trabem fingit teretemue columnam.
quin etiam tumidis exaequat dolia flammis
procere distenta uteros paruosque catillos
mentitur curuos ignis glomeratus in orbes.
lampadas et fissas ramosos fundit in ignes.
praecipites stellae passimque uolare uidentur,
cum uaga per nitidum scintillant lumina mundum
et tenuem longis iaculantur crinibus ignem;
excurruntque procul uolucris imitata sagittas,
arida cum gracili tenuatur semita filo.
sunt autem cunctis permixti partibus ignes,
qui grauidas habitant fabricantis fulmina nubes
et penetrant terras Aetnamque minantur Olympo

828 *praua* m *accessis* m — 829 *diesque* m *reditq.* m — 830 *immensum* lgc *inmensum* m *deprehenderit* l *deprehenderet* m *deprenderet* gc — 831 *tunc* o — 832 *arridior* m *terraeque* lc *terrae* gm *comprehenditur* lm *comprenditur* gc — 833 deest in g — 835 *m̊* g *seu* m *ceu* ω — 836 *tenuisque* o *capillis* lc *capillos* m *capillus* g — 837 *ignis* m *ignes* ω — 838 *species* g *facies* ω — 839 *globus* o — 841 *quadratamque* g *teretemque* g — 842 *timidis* m — 843 *procere* l *procere* c *procere* g *procero* m *uteros* l *uteros* gm *utero* c *partosque* lgc *partasq.* m *capellos* lc *capillos* g *capellas* m — 844 *paruis* lc *paruis* g *paruos* m *signis* o *glomeratus* g *glomeratur* lm — 845 *tremido sub limine* m *menses* o — 846 *lampada et* m *ignes* o — 847 *passimque uolare* o — 848 *nitidum* lg *mundum* m *liquidum* c — 850 *exurunt* go *uiam* m *procul* ω *uolucris* lm *uolucres* gc — 852 *cuncti* m *permixti* l — 853 *fabricantes* o *nubis* lm (L.) *nubes* gcm (E.) — 854 *ethnamque* lg *aethnamque* m.

et calidas reddunt ipsis in fontibus undas
ac silice in dura uiridique in cortice sedem
inueniunt, cum silua sibi collisa crematur:
ignibus usque adeo natura est omnis abundans.
ne mirere faces subitas erumpere caelo
aeraque accensum flammis lucere coruscis
arida complexum spirantis semina terrae,
quae uolucer pascens ignis sequiturque fugitque,
fulgura cum uideas tremulum uibrantia lumen
imbribus e mediis et caelum fulmine ruptum.
siue igitur ratio praebentis semina terrae
in uolucris ignes potuit generare cometas;
siue illas natura faces ut cuncta creauit
sidera per tenuis caelo lucentia flammas; —
sed trahit ad semet rapido Titanius aestu
inuoluitque suo flammantis igne cometas,
ac modo dimittit, sicut Cyllenius orbis
et Venus, accenso cum ducit uespere noctem,
saepe nitent falluntque oculos rursusque reuisunt; —
seu deus instantis fati miseratus in orbem
signa per affectus caelique incendia mittit;
futtilibus non umquam excanduit ignibus aether:
squalidaque elusi deplorant arua coloni,
et sterilis inter sulcos defessus arator
ad iuga maerentis cogit frustrata iuuencos.
aut grauibus morbis et lenta corpora tabe
corripit exustis letalis flamma medullis
labentisque rapit populos, totasque per urbes
publica succensis peraguntur fata sepulcris.
qualis Erechtheos pestis populata colonos
extulit antiquas per funera pacis Athenas,

---

855 *ipsas* m — 856 *dura* o — 859 *ne* o *subita se rumpere* m — 860 *choruscis* m — 861 *conplexum* m — 863 *ñe* (cū) l *ne* g *cum* c m — 864 *et mediis* o — 865 *preuentis* m — 866 *posuit* o *ignis* m *uolucres* o *generarae* g c — 867 *ob cuncta* o *facies* c — 868 *tenues* o — 869 *sed* o — 870 *flam̄antis* m — 873 *rursumq.* g — 874 *miseratus* g *miseratur* ω — 876 *furtilibus* m *excanduit* o *ignis* m — 877 *effusi* o — 878 *sterilis* o — 879 *merentis* (e) l *merentis* g m *iuuentos* m — 882 *labentisq.* (e) l *labentesq.* c *labentisque* g m — 883 *succensi sepulchri* g — 884 *erectecos* (i, oni) l *ericteos* g *erictonicos* c *erectecos* m.

alter in alterius labens cum fata ruebant.
nec locus artis erat medicae nec uota ualebant;
cesserat officium morbis, et funera deerant
mortibus et lacrimae; lassus defecerat ignis,
et coaceruatis ardebant corpora membris,
ac tanto quondam populo uix contigit heres.
talia significant lucentes saepe cometae:
funera cum facibus ueniunt terrisque minantur
ardentis sine fine rogos, cum mundus et ipsa
aegrotet natura nouum sortita sepulcrum.
quin et bella canunt ignes subitosque tumultus
et clandestinis surgentia fraudibus arma;
externas modo per gentes, — ut foedere rupto
cum fera ductorem rapuit Germania Varum
infecitque trium legionum sanguine campos,
arserunt toto passim minitantia mundo
lumina, et ipsa tulit bellum natura per ignes
opposuitque suas uires finemque minata est.
nec mirere grauis rerumque hominumque ruinas:
saepe domi culpa est; nescimus credere caelo. —
ciuilis etiam motus cognataque bella
significant. nec plura alias incendia mundus
sustinuit, quam cum ducibus iurata cruentis
arma Philippeos implerunt agmine campos.
uixque etiam sicca miles Romanus harena
ossa uirum lacerosque prius superastitit artus,
imperiumque suis conflixit uiribus ipsum,
perque patris pater Augustus uestigia uicit.
necdum finis erat: restabant Actia bella
dotali commissa acie, repetitaque rerum
alea, et in ponto quaesitus rector Olympi,
femineum sortita iugum cum Roma pependit,

---

887 *Hec* l *medice* m *uotis* (a *superscr.*) l — 888 *deerant* o — 890 *coaternatis* (c *superscr.*) g *menbris* l m *morbis* c — 891 *uia* l g m *heres* g m — 894 *ardentis* (e *superscr.*) l *ardentis* g m *ardentes* c — 895 *omnium* m *nouum* ω — 901 *munitantia* c *imitancia* m — 904 *ne* m *nec* ω *mirereque* m *graues* o — 906 *ciuilis* (e *superscr.*) l *ciuilis* m *ciuiles* g c *et nam* m — 910 *uix etiam* g *harena* o — 911 *laserosq.* m *prius* o *arti* m (L.) — 913 *cum flexit* m — 916 |*lea* l *alia* m *alea* ω — 917 *pompa* o *rependit* o.

atque ipsa Isiaco certarunt fulmina sistro.
restabant profugo seruilia milite bella,
cum patrios armis imitatus filius hostes
aequora Pompeius cepit defensa parenti.
sed satis hoc fatis fuerit. iam bella quiescant,
atque adamanteis discordia uincta catenis
aeternos habeat frenos in carcere clausa.
sit pater inuictus patriae, sit Roma sub illo:
cumque deum caelo dederit, non quaerat in orbe.

---

920 *imitatur* m *hostes* g *hostis* ω — 921 *Pompeus* g *cępit* gm — 923 *mutra* m — 925 *sic—sic* m (L.) — 926 *querit* m — post 926 *explicit libcr primus incipit seds* g (rec. m) ***M. Manili Astronomi*** *con liber primus explicit incipit secundus* m (unc.) nulla subscriptio in lgc. sequuntur in lcm (u_1 u_2) capitula libri secundi: *uae signa sint masculina quae feminina.* | *que humana que duplicia et bi forma.* | *uae nocturna et diurna.* | *uę humida aut terrena aut communia.* | *uae fecunda que currentia aut recta.* | *uae sedentia aut iacentia que debilia.* | *uę uerna estiualia autunnalia hiberna* | *uae cauta et eorum dextra aut sinistra* | *e mensura trigonorū quadratorū in partes* | *e signis exagonis de coniunctis* .et eorum *quę sexto loco sint* | *e contrariis* | *ad cuius dei tutelam quaeque signa referantur* | *uorum membrorum in homine quodque signum tutelam habent* | *ignorum inter se commercia uisus auditus odia* | *e duode ca*+ *hemoriis.*

LIBER SECUNDUS.

Maximus Iliacae gentis certamina uates
et quinquaginta regum regemque patremque
castra ducum et caeli uictamque sub Hectore Troiam
erroremque ducis totidem quot uicerat annis
instantem bello geminata per agmina ponto
ultimaque in patria captisque penatibus arma
ore sacro cecinit; patriae cui iura petenti
dum dabat eripuit, cuiusque ex ore profusos
omnis posteritas latices in carmina duxit
amnemque in tenuis ausa est diducere riuos
unius fecunda bonis. sed proximus illi
Hesiodus memorat diuos diuumque parentes
et chaos enixum terras orbemque sub illo
infantem et primos titubantia sidera cursus
titanasque senes Iouis et cunabula magni
et sub fratre uiri nomen sine matre parentis
atque iterum patrio nascentem corpore Bacchum.
omniaque inmenso uolitantia lumina mundo.
quin etiam ruris cultus legesque notauit
militiamque soli; quod colles Bacchus amaret,
quod fecunda Ceres campos, quod Pallas utrumque,
atque arbusta uagis essent quod adultera pomis,

1 *aximus* l m — 3 *hectoreamque facit* o *tutamque* o *troyam* m — 4 *quod* l c *quot* g *quo[t]d* m — 5 *agmina* l g m *aequora* c (F. M. v. 2) — 6 *captis* g *captisque* l *capitisque* m — 7 *patria* o *quae* o *petentem* o — post 7 sequitur *omnia peruolitans* (82) in m et u — 8 *dabit* m *tunisque* m (E) *profusus* m *profusas* g *latites* m (E) *latices* m (L) *lances* ω *dixit* g — 10 *tenues* o *deducere* o — 11 *bouis* g — 12 *parent[e]is* l *parentis* g *potentis* m — 13 *cahos* m — 14 *corpus* o — 15 *s[e]ones* l *iuuisse cunabula* l m c *iouis et* g — 16 *fratre* o — 17 *bachum* o — 18 *inmenso* l *[n]rumina* m *numina* l g *lumina* c — 19 *queque* [quin] g *rogarit* l m c [+ rog] *notarit* g — 20 *quid* l *amaret* l m c *amar[i]et* g — 21 *bachus* o.

siluarumque deos sacrataque numina lymphis,
pacis opus magnos naturae condit in usus.
astrorum quidam uarias dixere figuras
signaque diffuso passim labentia caelo
in proprium cuiusque genus causasque tulere:
Persea et Andromeden poena matremque dolentem
soluentemque patrem raptamque Lycaone natam
officioque Iouis Cynosuram, lacte capellam
et furto cycnum, pietate ad sidera ductam
Erigonen ictuque nepam spolioque leonem
et morsu cancrum, pisces Cythereide uersa,
lanigerum uicto ducentem sidera ponto
ceteraque ex uariis pendentia casibus astra
aethera per summum uoluerunt fixa reuolui.
quorum carminibus nihil est nisi fabula caelum,
terraue composuit caelum, quae pendet ab illo.
quin etiam pecorum ritus et Pana sonantem
in calamos Sicula memorat tellure creatus;
nec siluis siluestre canit perque horrida motus
rura serit dulcis musamque inducit in arua.
ecce alius pictas uolucres ac bella ferarum,
ille uenenatos anguis, hic prata per herbas
fata refert uitamque sua radice ferentis.
quin etiam tenebris inmersum tartaron atra
in lucem de nocte uocant orbemque reuoluunt
interius uersum naturae foedere rupto.
omne genus rerum doctae cecinere sorores;
omnis ad accessus Heliconis semita trita est,
et iam confusi manant de fontibus amnes
nec capiunt haustum turbamque ad nota ruentem.
integra quaeramus rorantis prata per herbas

23 *rumina* m *nimphis* o — 28 *persi* lgc *parsi* m *andromede* o — *poenas* o — 29 *licaone* o — 30 *cinosuram* o — 31 *cignum* lg — 32 *erigonem* o — 35 *cetera$que* m — 38 *erraque* lc *terraque* gm *qū* (e above) l *quae* gc *caelumque dependet* m — 39 *ritus pecorum* lc *pecorum ritus* gm — 40 *creatĭs* l *creatis* g *creatus* cm — 41 *per quod* m — 42 *dulcis* o *in auras* o — 43 *cce* l *uolucres* o *hac bella* m — 44 *uenenato sanguis* (e above u) l *uenenato sanguis* m *uenenatos anguis* gc *nata per* o — 45 *suam* lm *suā* gc *ferentis* o — 46 *inmensum* o *tartara* o *natū* lc *natrā* g *nacta m* — 50 *helicones* o — 52 *uota* m *nata* c — 53 *rorantis* lg *rorantes* c *rotantis* m (L).

undamque occultis meditantem murmur in antris,
quam neque durato gustarint ore uolucres,
ipse nec aetherio Phoebus libauerit igni.
nostra loquar; nulli uatum debebimus ora,
nec furtum, sed opus ueniet, soloque uolamus
in caelum curru, propria rate pellimus undas.
namque canam tacita naturae mente potentem
infusumque deum caelo terrisque fretoque
ingentem aequali moderantem foedere molem,
totumque alterno consensu uiuere mundum
et rationis agi motu, cum spiritus unus
per cunctas habitet partes atque irriget orbem
omnia peruolitans corpusque animale figuret.
quod nisi cognatis membris contexta maneret
machina et imposito pareret tota magistro,
ac tantum mundi regeret prudentia censum,
non esset statio terris, non ambitus astris,
haereretque uagus mundus standoque rigeret,
nec sua dispositos seruarent sidera cursus,
noxque alterna diem fugeret rursumque fugaret;
non imbres alerent terras, non aethera uenti,
nec pontus grauidas nubes, nec flumina pontum,
nec pelagus fontes, nec staret summa per omnis
par semper partes aequo digesta parente,
ut neque deficerent undae nec sideret orbis,
nec caelum iusto maiusue minusue uolaret.
motus alit, non mutat opus; sic omnia toto
dispensata manent mundo dominumque sequuntur.
hic igitur deus et ratio, quae cuncta gubernat,
ducit ab aetheriis terrena animalia signis.
quae quamquam longo cogit summota recessu,

54 *murmura nau tri* m — 55 *gustari||nt* l *gustarint* g *gustarunt* m *gustarẹnt* c — 56 *aetherio* o *phebus* l g *foebus* m *liberauerit* m *libra uerit* l *librauerit* g c *igni* o — 57 *ora* o — 58 *loquamur* c *uolaui* m — 59 *propri*$\overset{a}{\bar{o}}$ l — 65 *utque* (*u* corr. ex a) m (L) *o͞eque* m (E) *atque* ω *inriget* m — 67 $\overset{i}{\bar{n}}$ l g *membris* l g m — 69 *sensum* o — 71 *hereretq.* o *regeret* m — 73 *rursumque* o — 74 *aetherea* m *uoster* c — 75 *nubes* o — 76 *font*$\overset{e}{\imath}$*s* l *fontis* g m *fontes* c *omn*$\overset{e}{\imath}$*s* l *omnis* g m *omnes* c — 77 *pars* o *part*$\overset{e}{\imath}$*s* l *partis* g m *partes* c — 78 *sidera* o $\overset{\text{+ nobis}}{\textit{orbis}}$ l g *orbis* m *nobis* c — 79 *minusque* g m — 83 *aeternis* o — 84 *sūmara* m (E) *sūmata* m (L).

sentiri tamen, ut uitas ac fata ministrent
gentibus ac proprios per singula corpora mores.
comminus est quaerenda fides: sic temperat arua
caelum, sic uarias fruges redditque rapitque,
sic pontum mouet ac terris inmittit et aufert:
atque haec seditio pelagus nunc sidere lunae
mota tenet nunc diuerso stimulata recessu,
nunc anni spatio Phoebum comitata uolantem; —
sic submersa fretis concharum et carcere clausa
ad lunae motum uariant animalia corpus
et tua damna, tuas imitantur, Delia, uires;
tu quoque fraternis sic reddis curribus ora
atque iterum ex eisdem repetis, quantumque relinquit
aut dedit ille, refers et sidus sidere constas.
denique sic pecudes et muta animalia terris,
cum maneant ignara sui legisque per aeuum,
natura tamen ad mundum reuocante parentem
attollunt animos caelumque et sidera seruant
corporaque ad lunae nascentis cornua lustrant
uenturasque uident hiemes, reditura serena:
quis dubitet post haec hominem coniungere caelo?
eximium natura dedit linguamque capaxque
ingenium uolucremque animum, quem denique in unum
descendit deus atque habitat seque ipse requirit.
mitto alias artes, quarum est permissa facultas,
infidas adeo nec nostri munera census,
mitto, quod aequali nihil est sub lege tributum,
quod patet auctores summi non corporis esse,
mitto quod et certum est et ineuitabile fatum,

85 *uita* m — 86 *propriūs* (o supra u) l — 87 *nec minus* l g c *nec munus* m *temptat* m — 89 *a terra* m *ac terris* ω *inmittit* l m — 90 *pelagus* o *sidera̧* l *sidera* ω — 91 *tenent* o *diuiso* l g m *diuīso* c *stimilatu* l m *recessum* m — 92 *spacium* m *uoluntatem* m — 93 *sic* m *si* ω *submersa* o — 94 *uarian* m — 95 *tum* m *cum* ω *mutantur* m (in l corr.) — 96 *sic* o *redes* m +cur *cruribus* l — 97 *hisdem* o *repperis* m *relinquis* o — 98 *refert* o *constas* g *constans* ω — 99 *sic* o (m L) — 100 *ignata* m — 102 *ac tollunt* m *ad sidera* c *et* ω — 104 *hiemps* (e supra p) l — 106 *eximum* m *eximium* ω — 108 *habitet* m *seque ipse* l g m *ipsumque* c *requirēt* l *requiret* m *requirit* g c — 109 *mitte*|| l *mitte* g m *mille* c — 110 *infidos* l g m *infiđ* c — 111 *mitto* o — 112 *summam* m *summa* ω — 113 *mitto* o *quod certum* o.

materiaeque sat est cogi, sed cogere mundo.
quis caelum possit nisi caeli munere nosse
et reperire deum, nisi qui pars ipse deorum est?
quisue hanc conuexi molem sine fine patentis
signorumque choros ac mundi flammea tecta
aeternum et stellis aduersus sidera bellum
ac terras caeloque fretum subiectaque utrisque
cernere et augusto sub pectore claudere posset,
ni tantos animis oculos natura dedisset
cognatamque sui mentem uertisset ad ipsam
et tantum dictasset opus, caeloque ueniret
quod uocat in caelum sacra ad commercia caeli
et primas quas dant leges nascentibus astra?
quis neget esse nefas inuitum prendere mundum
et uelut in semet captum deducere in orbem?
sed ne circuitu longo manifesta probentur,
ipsa fides operi faciet pondusque fidemque.
nam neque decipitur ratio nec decipit umquam;
rite sequenda uia est ac ueris credita causis,
euentusque datur, qualis praedicitur ante.
quod fortuna ratum faciat, quis dicere falsum
audeat et tantae suffragia uincere sortis?
haec ego diuino cupiam cum ad sidera flatu
ferre, nec in turba nec turbae carmina condam,
sed solus uacuo ueluti uectatus in orbe
librato curru, non occursantibus ullis
nec per iter socios commune gerentibus actus,
sed caelo noscenda canam mirantibus astris

---

114 *materiae|||* *fatum* l *materiae fatum* c *materiaeque sat* g *materiaeque datum* m — 115 *possit* l c m *posset* g *munera* o *nosset* o (*noscet* m) — 116 *nisi ipsa pars* m *qui pars ipsa* ω — 117 *atque* o ṇ̇ (sine) l ṅ c *nisi* g *sine* m *patentis* l *parentis* ω — 121 *posset* g *possit* ω — 122 *animis oculos* g *animi oculos* ω — 125 *commercia rerum* o — 126 *prima* m — 127 *mutum* m *prendere* o — 129 *uidentur* c — 130 *pontusque* m — 131 *umquam* l m *unquam* g — 132 *secunda* o — 134 *faciet* (a) g *faciat* ω (*faciet ratum* m) *rarum* c — 135 *fortis* m — 136 *flatum* m *fato* c — 137 *turbū* g *turbam* ω *carminẹ* (a) l *cardine* c *carmina* ω *condam* g *quondam* ω — 139 *Vbera tam currus* (+ umbrato curru) l *Vbera tam currus* m *Vba ta currus* c *umbrato curru* g *nolo cursantibus* c *illis* m — 140 *partim* m — 141 *noscenda* m *ressantibus* (+ mir) l *rexantibus* m.

et gaudente sui mundo per carmina uatis;
uel quibus illa sacros non inuidere meatus
notitiamque sui, minima est quae turba per orbem.
illa fluit, quae diuitias, quae diligit aurum,
imperia et fasces mollemque per otia luxum
et blandis aduersa sonis dulcemque per aures
affectum, ut modico noscenda ad fata labore.
hoc quoque fatorum est, legem perdiscere fati.
  et primum astrorum uaria est natura notanda
carminibus per utrumque genus. nam mascula sex sunt,
diuersi totidem generis sub principe tauro.
cernis ut auersus redeundo surgat in arcum?
alternant genus et uicibus uariantur in orbem.
  humanas etiam species in parte uidebis.
nec mores distant. pecudum pars atque ferarum
ingenium facient; quae iam signanda sagaci
singula sunt animo, propria quae sorte feruntur.
  nunc binis insiste; dabunt geminata potentis
per socium effectus; multum comes addit et aufert,
ambiguisque ualent, quis sunt collegia, fatis
ad meritum noxamque. duos per sidera pisces
et totidem geminos nudatis aspice membris.
his coniuncta manent alterno bracchia nexu;
dissimile est illis iter in contraria uersis;
par numerus; sed enim dispar natura notanda est.
atque haec ex paribus toto gaudentia censu
signa meant; nihil exterius mirantur in ipsis
admissumque; dolent quaedam, quod parte recisa
atque ex diuerso commissis corpore membris,

---

143 *Vt* c m *meatis* m — 145 *fluit* o — 146 *molemque* (l supra) c — 147 *auras* (e supra) g — ad 149 *quę signa masculina sint q. feminina q. humana* g m in l spatium duarum lin. in marg. lemma a manu rec. adscriptum — 150 *t* l m c *et* g — 153 *aduersus* o — 156 *mores* g *moris* l c m — 158 *forte* g m *sorte* l c post 158 spat. in l unius lin. *quae signa dupla sint et biforma* g m (*duplicia—biformia*) — 159 *potentis* (u supra) l *potentis* g m *potentes* c — 160 *addet* (i supra) l *addet* m — 161 *ambiguis ualent* g *qui sunt* m *qui sint* c *quis sunt* l g — 163 *menbris* l g — 164 *conuuicta* g — 167 *censu* o — 168 *exterminantur* (ius mirantur supra) l *exterminantur* m *exterius mirantur* g c — 169 *admissumq* o *dolens* (t supra) l *dolens* m — 170 *menbris* l g m.

ut capricornus et intentum qui dirigit arcum
iunctus equo; pars huic hominis, sed nulla priori.
hoc quoque servandum est alta discrimen in arte;
distat enim gemini duo sint duplane figura.
quin etiam Erigone binis numeratur in astris,
nec facie, ratione duplex; nam desinit aestas,
incipit autumnus media sub uirgine utrimque.
idcirco tropicis praecedunt omnibus astra
bina, ut lanigero, chelis cancroque caproque,
quod duplicis retinent conexo tempore uires;
ut quos subsequitur cancer per sidera fratres,
e geminis alter florentia tempora ueris
sufficit, aestatem sitientem prouehit alter,
nudus uterque tamen, sentit quia uterque calorem,
ille senescentis ueris, subeuntis at ille
aestatis; par est primae sors ultima parti.
nec non arcitenens, qui te, capricorne, sub ipso
promittit, duplici formatus imagine fertur.
mitior autumnus mollis sibi uindicat artus
materiamque oris; fera tergo membra rigentem
excipiunt hiemem; nutatque in tempora signum.
quosque aries prae se mittit, duo tempora pisces
bina dicant; hiemem claudit, uer inchoat alter,
cum sol aequoreis reuolans decurrit in astris,
hiberni coeunt cum uernis roribus imbres;
utraque sors umoris habet fluitantia signa.

---

171 *Vt* (que) l *Vt quae* m *ut* g c *capricornus qui* l c *capricornus intentum qui* m *capricornus et hic qui* g — 172 *hominis* m *oris* ω *prioris* o — 174 *gemini* o *duplaṅe* l *dupla ne* m *duplane* g c — 175 *Qiun* (i supra) l *erigone* m — 176 *ratio duplex* o — 177 *autunnus* o *utri|||que* l — 178 *iccirco* g — 180 *duplicis* (e supra) l *duplicis* g *duplices* m c *retinet conexo* l g c *cōnexo* m — 181 *quod* o *sup* l *super* c *per* c g m — 182 *et* l (corr.) g c *e* m *tempora uiris* m *uires* ω — 184 *qz* (+ q supra) g *calorem* g *colorem* ω — 185 *uires* o *et* o — 186 *aetatis* l c *aeratis* m *aestatis* g *pars est* l g c *par est* m *parti* o — 187 *Hec iam* (nec non supra) l g *nec iam* m *nec non* (+ nec ia supra) c *arquitenens* l m — 189 *autunnus* l *mollis* (e supra) l *mollis* g m *molles* c *uendicat* m — 190 *hominis* m *oris* ω *feri* o *ferat ergo* l *fera ergo* m *fera tergo* g *ferentem* m — 191 *nunciāque* l c *nunciaq* m *nunc iamque* g — 192 *munit* m — 194 *sola* m *reuoluans* m — 195 *ueritus* (+ tunc supra) l (in rasura) *uer tunc* g c *uernis* m *roboris* o *umbres* m — 196 *sursum oris* l c.

quin tria signa nouem signis coniuncta repugnant,
et quasi seditio caelum tenet: aspice taurum
clunibus et geminos pedibus, testudine cancrum
surgere, cum rectis oriantur cetera membris.
nec mirere moras, cum sol aduersa per astra
aestiuum tardis attollat mensibus annum.
nec te praetereat, nocturna diurnaque signa
quae sint perspicere et propria deducere lege:
non tenebris aut luce suam peragentia sortem.
nam commune foret nullo discrimine nomen,
omnia quod certis uicibus per tempora fulgent,
et nunc illa dies, nunc noctes illa sequuntur,
sed quibus illa parens mundi natura sacratas
temporis attribuit partes statione perenni.
namque sagittari signum rapidique leonis
et sua respiciens aurato uellere terga,
tunc pisces et cancer et acri scorpios ictu,
aut uicina loco, diuisa aut partibus aequis,
omnia dicuntur simili sub sorte diurna;
cetera nunc numero consortia, nunc uice sedis
interiecta locis totidem nocturna feruntur.
quin etiam sex continuis dixere diurnas
esse uices castris, quae sunt a principe signo
lanigeri; sex a chelis nocturna uideri.
sunt quibus esse diurna placet, quae mascula surgunt;
feminea in noctem tutis gaudere tenebris.
quin nonnulla tibi nullo monstrante loquuntur,
neptuno debere genus: scopulosus in undis

---

ante 197 *Quae sint aduersa* gm 197 *Quod* o *con qd iuncta* l *quod iuncta* m *coniuncta* gc *repugna* m — 198 *aspicet aurum* m — 199 *clunibus* corr. ex *cluminos* m — 201 *nec* g *ne* ω — 202 *adtollat* l *adtollat* m *attollat* g *attollit* c — ante 203 *Quae nocturna aut diurna* glm *habeantur* m 203 *praetereant* o — 205 *noctem* c — 207 *cernis* m¹ — 208 *tunc* g — 209 *pars* l *pars* m *parens* gc *sacrata est* o — 210 *adtribuit* l *attribuit* ω *per henni* l *perentum* m (L) *parentum* m (E) — 211 *sagittarii* l *sagittarii* ω *rabidique* gc *rapidique* lm — 213 *nunc* o *et* om. o *ut cancri* o *scorpion* o — 214 *diuesa* m — 216 *nec — nec* o — 220 *lanigeris exalibris* l *lanigeri sex a libris* gc *lanigeris ex alibra* m (L) — 221 *mascula* om. m — 222 *feminea in noctem* l *feminea in noctem* ω — ante 223 *quę humana* (sic!) *aut terrena au communtia* g *humida a. t. a. c.* m — 223 *quid* m *quod* ω — 224 *scopulosus* o.

cancer et effuso gaudentes aequore pisces.
sunt quae terrena censentur sidera sorte,
princeps armenti taurus regnoque superbus
lanigeri gregis est aries pestisque duorum
praedatorque leo et dumosis scorpius aruis.
sunt etiam mediae legis communia signa,
ambiguus terrae capricornus, aquarius undis,
parsque marine nitens fundentis semper aquari;
umida terrenis aequali foedere mixta.
  non licet a minimis animum deflectere curis,
nec quicquam rationis eget frustraue creatum.
fecundum est proprie cancri genus acer et ictu
scorpios et partu complentes aequora pisces.
sed sterilis uirgo est simili coniuncta leoni;
nec capit, aut captos effundit aquarius ortus.
inter utrumque manet capricornus corpore mixto,
et qui Cretaeo fulget centaurus in arcu,
communisque aries aequantem tempore libram
et geminos taurumque pari sub sorte recenset.
  nec tu nulla putes in eo commenta locasse
naturam rerum, quod sunt currentia quaedam,
ut leo et arcitenens ariesque in cornua tortus.
aut quae recta suis librantur stantia membris,
ut uirgo et gemini fundens et aquarius undas.
uel quae fessa sedent pigras referentia mentes,
taurus depositis collo sopitus aratris,
libra sub emerito considens orbe laborum,
tuque tuo, capricorne, gelu contractus in astris.

---

225 *gaudentes in aequore* o — 226 *Vt* o — 228 *positique* lgc *posidque* m *diuorum* m — 229 *leo dumosis* o *scorpius* o — 231 *ambigĭus* l *ambiguis* m (E) *ambigius* m (L) — 232 *Parsque marina* o *tutas* m (L) *tutens* m (E) *aquari* gcm *aquarii* l — 233 *atque illi* o *degenere* m *degere* ω — ante 234 *Quę fęcunda* g *quae facunda habeantur* m 234 *anuciū* m (in marg. corr.) — 235 *quicquam* lgm *frustra*[ue] g — 236 *propriae* — 237 *Scorpiŏs* l *scorpios* gm *scorpius* c — 238 *similiṣ* l *similis* m *simili* gc — 239 *ef|||fundit* l *et fundit* m *effundit* gc — 240 *mixtū̊* l — 241 *cretato* c *creteo* lgm — 242 *tempora* m *tempore* ω — 243 *taurum pari* m — ante 244 *Que currentia aut recta* g *quę sint c.* m 244 *uocasse* o — 247 *librentur* lc *librantur* gm *menbris* lg — ante 249 *que sedentia aut iacentia* gm 249 *|el* l *quae* l.

quaeue iacent: cancer patulam distentus in aluum,
scorpios incumbens plano sub pectore terrae,
in latus obliqui pisces semperque iacentes.
  quodsi sollerti circumspicis omnia cura,
fraudata inuenies amissis sidera membris.
scorpios in libra consumit bracchia, taurus
succidit in curuo claudus pede, lumina cancro
desunt, centauro superest et quaeritur unum.
sic nostros casus solatur mundus in astris
exemploque docet patienter damna subire,
omnis cum caelo fortunae pendeat ordo,
ipsaque debilibus formentur sidera membris.
  temporibus quoque sunt propriis pollentia signa:
aestas a geminis, autumnus uirgine surgit,
bruma sagittifero, uer piscibus incipit esse.
quattuor in partes scribuntur sidera terna,
hiberna aestiuis, autumnis uerna repugnant.
  nec satis est proprias signorum noscere formas;
consensu quoque fata mouent et foedere gaudent
atque aliis aliae succedunt sorte locoque.
circulus ut flexo signorum clauditur orbe,
in tris aequalis discurrit linea ductus
inque uicem extremis iungit se finibus ipsa,
et quaecumque ferit, dicuntur signa trigona,
in tria partitus quod ter cadit angulus astra,
quae diuisa manent ternis distantia signis.
laniger ex paribus spatiis duo signa, leonis
atque sagittari, diuerso conspicit ortu.
uirginis et tauri capricorno consonat astrum.

+ corpore

253 *contrat iac &* g *contra iacet* ω — 254 *scorpiõs* l *scorpius* c *scorpios* gm *pectore* g *corpore* ω — 255 *obliquis* lc — ante 256 *quae sint debilia* gm 256 *sollerti* o — 257 *menbris* gl — 258 *scorpios* o — 259 *p̊de* (e supra) lm *pede* ω *succedit* c *cancri* o — 260 *uriū* m — 261 *nostro* m — 262 *pacientur* m *dāpna* m — 264 *menbris* glm — ante 265 *quae uernalia aestiualia autumnalia hiemalia* g m (*estiualia*) — 267 *sagitte*-(i supra) *fero* l *uir* m — 268 *partes* l *part*[e]*s* g *partis* m *terre* lm — ante 270 *quae eorum dextra aut sinistra* g *quae cauta et eorum uas* m — 272 *alie* m *aliae* gcl +f *sorte* gc — 273 *dextro* o — 274 *tris* (e supra) *aequalis* (e supra) l *tres* c *tris aequalis* gm — 277 *partitus* m *partitur* ω — 279 *laniger et* o — 280 *sagittarii* lgm *conspicit* lg *conspic* m (L) *c̄spic* c.

cetera sunt simili ratione triangula signa
per totidem sortes. *desunt quae condita mundo;*
sed discrimen erit, dextris seu causa sinistra,
quae subeunt; quae praecedunt, dextra esse feruntur.
dexter erit tauro capricornus, uirgo sinistra.
hoc satis exemplo est. at quae diuisa quaternis
partibus aequali laterum sunt condita ductu,
quorum designat normalis uirgula sedes,
haec quadrata ferunt: libram capricornus et illum
conspicit hinc aries, atque ipsum a partibus aequis
cancer, et hunc laeua subeuntis sidera librae.
semper enim dextris censentur signa priora.
sic licet in totidem partes diducere cuncta
ternaque bis senis quadrata effingere signis,
quorum proposito reddentur in ordine uires.
   sed si quis contentus erit numerasse quadrata,
diuisum ut signis mundum putet esse quaternis,
aut tria sub quinis signis ornare trigonum,
ut socias uires et amicos exigat ortus
foederaque inueniat mundi cognata per astra,
falsus erit. nam quina licet sint undique signa,
qui tamen ex signis, quae quinto quoque feruntur
astra loco, fuerint nati, sentire trigoni
non poterunt uires, licet illud nomine seruent;
amisere loco dotes numerisque repugnant.
nam cum sint partes orbis per signa trecentae
et ter uicenae, quas Phoebi circuit ardor,
tertia pars eius numeri latus efficit unum
in tris perducti partes per signa trigoni.

---

282 *tortis* o *desunt quae* l g c *dest que* m — 284 *dextris seu causa* o (*eusa* m) — 286 *dexter* g m l (Vrat.) *dextera* l c — 287 *ad quae* l g *at huc* m *diuisa* o — 289 *uirgola* m — 290 *Haecca* l *hecca* c *haec ta* g m *ferunt* l g *fer̄* c m (E) *ferit* m (L) *tortus* om. o *capricornus* ||| *et illum* g (*spectat* in marg. m. rec. addit) *illum* o — 291 *hinc* m *hunc* ω *ipsum a. p.* l g m — 292 *leua* o — 294 *scilicet* o *partis* (e supra) l *partis* g m (L) *deducere* o — 295 *terraque* l g m *terra bis* c *quadrate* o *f(r)ingere* l *fringere* ω — 296 *redduntur* o — ante 297 *de mensura eorum signiliter atque partiliter* g m — 298 *ut* om. o — 304 *fuerunt* m *nati* g *natis* ω — 305 *nominā* (e supra) l *nomina* m *nomine* ω — 307 *tricentae* m — 308 *tunc* (+um supra) l *tunc* g m *ter* c *uicinae* (e supra) l *uicinae* m *uicenae* g c — 310 *tris* m *tres* ω *preducti* (per supra) l *preducti* m *perducti* ω.

hanc autem numeri non reddit linea summam,
si signum a signo, non pars a parte notetur.
quod quamuis duo sint ternis dirimentibus astra,
si tamen extremam laeui primamque prioris
inter se conferre uoles numerumque notare,
ter quinquagenas implebunt ordine partes;
transibit numerus formam finesque sequentis
consumet ductus. licet ergo signa trigona
dicantur, partes non seruant illa trigonas.
haec eadem species fallet per signa quadrata;
quod cum totius numeri, qui construit orbem
ter quadra triginta partes per sidera reddant,
euenit, ut, prima signi de parte prioris
si partem ad summam ducatur uirga sequentis,
bis sexagenas faciat; sin summa prioris
et pars confertur subiuncti prima, duorum
signorum in medio numerum transitque refertque;
triginta duplicat partes, pars tertia deerit;
et quamuis quartum a quarto quis computet astrum,
naufragium facient partes unius in ipsis.
non igitur satis est signis numerasse trigona
quadratiue fidem caeli per signa quaterna.
quadrati si forte uoles effingere formam,
aut trinis paribus facies cum membra trigoni.
hic poscit quintam partem centesima summa,
illic amittit decimam. sic conuenit ordo.
et quiscumque quater iunctis fauet angulus usque,
quaeque loca in triplici signarit linea ductu,
cum signata uiae linquet dispendia recta,
his natura dedit communi foedera lege
inque uicem affectus et mutua iura fauoris.

---

313 *sint* c *sunt* ω *a diri mentibus* l *andri mentibus* m *adiri m.* g c — 314 *extremum* o *primam*[ue] l *primamque* m *primamue* g c — 315 *uoleṇs* l *uolens* g — 316 *quinagenas* m — 317 *finisque* o — 319 *partis* l *partis* m *partes* g c — 322 *Ter triginta* l g c *ter tringinta* m *quadrum* o — 323 *collocat* g post 325 — 323 *et uenit* m — 325 *in summa* g — 326 *subjunctis* o — 329 *computat* c — 331 *trigonis* l *trigonas* g *trigona* m — 332 *caelis* c *quadratatquaterna* g *quaterna* l m — 336 *decimam* o — 337 *cunctis* o — 338 *signaret* l *signaret* m — 339 *liquet* l *recta* o — 341 *adfectus* l *adfectus* m.

quocirca non omnis habet genitura trigonis
consensum signis, nec cum sunt forte quadrata,
continua inter se seruant commercia rerum.
distat enim, partes consumat linea iustas,
detractetne modum numeri, quem circulus ambit,
nunc tris efficiat, nunc quattuor undique ductus,
quos in plura iubet ratio procedere signa
interdum, quam sunt numeris memorata per orbem.
sed longe maior uis est per signa trigoni
quam quibus est titulus sub quarto quoque quadratis.
altior est horum summoto linea templo,
illa magis uicina meat caeloque recedit,
et propius terras accedit uisus eorum
aeraque infectum nostras demittit ad auras.
debilia alternis data sunt commercia signis
mutua nec magno consensu foedera seruant,
inuita angusto quod linea flectitur orbe.
nam cum per talis feriuntur singula limas
sidera, et alterno deuertitur angulus astro,
sexque per anfractus curuatur uirgula in orbem.
a tauro uenit in cancrum, tum uirgine tacta
scorpion ingreditur; quin te, capricorne, rigentem
et geminos a te pisces auersaque tauri
sidera contingens finit qua coeperat orbem.
alterius ductus locus est per transita signa,
utque ea praetereas, quae sunt mihi singula dicta,
flexibus et totidem similis fit circulus illi.

342 *trigonis* (o above) l *trigonis* m *trigonos* g c — 343 *consumet* g — 344 *partis* l m uersus 318 319 repetitos in calce subieci: 343 *consumet ductus. licet ergo signa trigona* || 344 *dicantur, partes non seruent illa trigonas* — 345 *necum* (c above) l *uecum* m *sorte* c *forte* ω — 346 *continua* o — 347 *enim an* o *partis* o — 348 *detractetque* o — 349 *tris* m *tres* ω *efficiet* o — 350 *iuuet* o — 352 *maior uis* l g m *maj' ius* c — 353 *quadratus* c — 354 *submoto* l m c *summoto* g — 355 *credit* m — 356 *proprius* l *intras* m (E) *ratras* m (L) — 357 *in effectum* l m *dimittit* o — ante 358 *de signis exagonis* g m 358 *euiaq.* l *diuiaq.* m (E) *duuaq.* m (L) *dubiaque* (+ deuia above) g *deuiaque* c — 359 *feruent* c — 361 *predales* (t above) l *praedales* m *pertalesg* c *formantur* o *limes* o — 363 *curuantur* l *curuantur* m — 365 *regentem* m — 366 *aduersaque tauro* o — 367 *sunt qua* m — 368 *alternis* l g *alterius* m c 368 369 *ordinem mutant* l c g — 370 *similis in circulus* l m *similis it* g *similis sit* c *illis* o.

transuersos igitur fugiunt subeuntia uisus,
quod nimis inclinata acie limisque uidentur
uicinoque latent: ex recto certior ictus.
tertia conuerso conduntur signa recessu.
et quae succedit conuexo linea caelo,
singula circuitu quae tantum transeat astra,
uis eius procul est altoque uagatur Olympo
et tenuis uires ex longo mittit in orbem.
sed tamen est illis foedus sub lege propinqua,
quod non diuersum genus est subeuntibus astris.
mascula sex maribus respondent, cetera sexus
feminei sex coniungunt commercia mundi.
sic quicquam alternis paret natura figuris,
et cognata iacent generis sub legibus astra.
  iam uero nulla est haerentibus addita signis
gratia; nam consensus hebet, quia uisus ademptus.
in seducta ferunt animos, quae cernere possunt.
sunt etiam aduersi generis conexa per orbem
mascula femineis semperque obsessa uicissim:
disparibus non ulla datur concordia signis.
  sexta quoque in nullas numerantur commoda uires,
uirgula per totum quod par non ducitur orbem,
sed duo signa ferit mediis summota quaternis,
tertius absumpto ductus non sufficit orbe.
  at quae diuersis ex partibus astra refulgent
per medium aduerso mundum pendentia uultu
et toto diuisa manent contraria caelo,
septima quaeque loco quamuis submota feruntur,

---

371 *sub|||euntia* l — 372 *nemis* (i above e) l *nemis* m *anne* (acne above) l *acne* c *anne* g *inclinata cue* m *inclinat* ω — 374 *conuerso* lgc *cūuerso* m — 375 *qu* (que above) l *quia* m *conuexo* lgm *conuexa* c *est* om. o — 377 *uagantur* gmc *vaganter* (v above) l — 378 *tenuis* o — 379 *foebus* m *phoebus* ω — 380 *est* om. g *quod e.* o — 381 *sed* o — 382 *se* o — 383 *quicquam alterius* gm *quicquam alternis* lc — ante 385 *de inconiunctis signis et quae* VI (o above) *loco sunt* gm — 386 *habet* o *adeptus m* — 387 *inseducta* lm *inse ducta* gc *possint* g — 388 *conexa* lm *connexa* g — 392 *pars* o — 393 *fecit* l *ferunt* m *facit* gc *submota* lm *summota* gc — 394 *adsumto* lm *assumto* g — ante 395 *de contrariis signis* mg (in marg.) — 395 *tq' ea* l *atq' ea* gcm *ex* l *e* ω — 397 *manet* (n above) l *manet m* *manent* gc — 398 *summota* g *submota* ω.

ex longo tamen illa ualent uiresque ministrant
uel bello uel pace suas, ut tempora poscunt,
nunc foedus stellis nunc et dictantibus iras.
quod si forte libet, quae sint contraria signa,
per titulos celebrare suos sedesque, memento
solstitium brumae, capricornum opponere cancro,
lanigerum librae — par nox in utroque diesque —;
piscibus Erigonen iuuenique urnaeque leonem;
scorpios e summo cum fulget, taurus in imo est,
et cadit arcitenens geminis orientibus orbe.
hos seruant inter sese contraria cursus.
sed quamquam aduersis fulgent contraria signis,
natura tamen interdum sociata feruntur
et genere: exemplis concordia mutua surgit.
mascula si paribus, uel si diuersa suorum est.
respondent generi pisces et uirginis astra;
aduersi uolitant; sed amant communia iura,
et uincit natura locum; sed uincitur ipsa
temporibus, cancerque tibi, capricorne, repugnat,
femina femineo, quia brumae dissidet aestas.
hinc rigor et glacies niuibusque albentia rura,
hinc sitis et sudor, nudusque in solibus orbis,
aestiuosque dies aequans nox frigida brumae.
sic bellum natura gerit, discordat et annus;
nec mirere in ea pugnantia sidera parte.
at non lanigeri signum libraeque repugnat
in totum, quia uer autumno tempore differt;
fructibus hoc implet maturis, floribus illud.
sed ratione parist aequatis nocte diebus,
temporaque efficiunt simili concordia textu
permixtosque dies mediis hiemem inter et aestum

399 *manent* (†ualent) l *manent* m c *ualent* g — 401 *phoebo* o *ditantibus istas* m — 402 *sint* g *sunt* ω — 405 *est* om. g — 406 *Erigonē* o — 407 *Scorpios* o — 408 *cadet* (i) l *cadet* m *cadit* g c *orbe* o — 409 *obseruant* o — 410 *aduersus* m — 412 *genera* o *exemplis* o — 413 *mascua* (i) l *mascula* m *miscua* g c *suorum est* o — 415 *uirgines* (i) l *uirginis* ω — 417 *repugnat* m — 419 *huic* m — 420 *collibus* o — 421 *aestiuusque* o *aequant* o — 422 *annum* o — 423 *ne* l m *nec* g c *mirere* m *miserere* ω — 424 *Ad* m — 426 *fructibus* g *fluctibus* l c m (L) *hoc* o — 427 *xquatis* m *equalis* ω — 428 *tempora quae* l.

articulis uno seruantis tempore utrumque.
quo minus infesto decertant sidera bello.
talis erit ratio diuersis addita signis.
his animaduersis rebus quae proxima cura?
noscere tutelas adiectaque numina signis,
et quae cuique deo rerum natura dicauit,
cum diuina dedit magnis uirtutibus ora
condidit et uarias sacro sub nomine uires,
pondus uti rebus persona imponere possit.
lanigerum Pallas, taurum Cytherea tuetur,
formosos Phoebus geminos; Cyllenie, cancrum,
Iupiter et cum matre deum regis ipse leonem,
spicifera est uirgo Cereris, fabricataque libra
Vulcani, pugnax Mauorti scorpios haeret;
uenantem Diana uirum, sed partis equinae,
atque angusta fouet capricorni sidera Uesta,
et Iouis aduerso Iunonis aquarius astrum est,
agnoscitque suos Neptunus in aequore pisces.
hinc quoque magna tibi uenient momenta futuri.
cum ratio tua per stellas et sidera curret,
argumenta petes omni de parte uiasque
artis, ut ingenio diuina potentia surgat,
exaequentque fidem caelo mortalia corda.
accipe diuisas hominis per sidera partes
singulaque in propriis parentia membra figuris,
in quis praecipuas toto de corpore uires
exercent. aries caput est ante omnia princeps
sortitus, censusque sui pulcherrima colla
taurus, et in geminis aequali bracchia sorte

430 *seruantia* o — 431 *decer^{t}nent* l *decernent* c m *decertent* g — ante 433 *signorum commercia et quae cuique Dō attribuntur signa* g *sub cuius dei tutela quaeque signa sint* m — 435 *que quique* m *quaecūque* ω — 436 *magnum* c *magnis* ω — 437 *ut*$^{+et}$ l *nomine*$^{+nu\ +a}$ l — ante 439 *signorum commercia* g — 441 *regi^{t}* l *regis* g m *regit* c — 443 *pignax* c *scorpion* c *scorpios* ω *mauortis* g m — 444 *patris* m — 445 *augusta* m (E) — 446 *et* o *aduerso* *Iu^{n}onis* l *Inuonis* m (E) — 448 *futuri* g m *futura* l c — 449 *fer^{t}* l *fert* g c *fers* m *curret*$^{+curat}$ l *curat* g c *curret* m — 451 *diuisa* o — 452 *exe^{quentque}* l *exeuquent* m *exaequentque* g c — ante 453 *quae menbra humana cuique signo attribuantur* g (*adtribuita sint* m) — 454 *propri^{i}as* l *proprias* m *propriis* g c — 455 *praecipua* m — 457 *sortit̃* l *sortitur* ω *sensus* m *collo* o.

scribuntur conexa umeris, pectusque locatum
sub cancro est, laterum regnum scapulaeque leonis;
uirginis in propriam descendunt ilia sortem;
libra regit clunes, et scorpios inguine gaudet;
centauro femina accedunt, capricornus utrisque
imperitat genibus, crurum fundentis aquari
arbitrium est, piscesque pedum sibi iura reposcunt.
 quin etiam propriis inter se legibus astra
conueniunt, ut certa gerant commercia rerum;
inque uicem praestant uisus atque auribus haerent,
aut odium foedusue gerunt, conuersaque quaedam
in semet proprio ducuntur plena fauore.
idcirco aduersis nonnumquam gratia signis,
et bellum sociata gerunt, alienaque sede
inter se generant coniunctos omne per aeuum,
utrique aut sorti pugnant fugiuntque uicissim.
quod deus, in leges mundum cum conderet omnem,
affectus quoque diuisit uariantibus astris
atque aliorum oculos, aliorum contulit aures,
iunxit amicitias horum sub foedere certo,
cernere ut inter se possent audireque, quaedam
diligerent alia et noxas bellumque mouerent,
his etiam propriae foret indulgentia sortis,
ut se diligerent semper sibique ipsa placerent.
sic ut naturas hominum plerasque uidemus,
qui genus ex signis ducunt formantibus ortus.
consilium ipse suum est aries, ut principe dignum est;
audit se libramque uidet, frustratur amando
taurum, lanigero qui fraudem nectit et ultra
fulgentis uidet atque audit per sidera pisces;
uirgine mens capitur; sic quondam uexerat ante

---

459 *conexa* l m *connexa* g *humeris* o — 462 *regėt* (i above) l *reget* m *regit* g c *scorpios* o — 463 *femina* o — 464 *imperat et genibus* o *currum* c *aquarii* g c — ante 466 *signorum commertia* g. *s. c. auditus uisus mores odia* m 466 *cum etiam* c — 469 *foedusue* o — 471 *iccirco* g *idc.* l c *id circo* m *nonnū quam* m (L) — 473 *se* (se above) *gerant* l *se gerant* m *sese gerant* c *sese generant* g — 474 *utrique* ||| *sorti* l *utrique sorti* g c *utrique trisorti* m — 476 *dfectus* l *adf.* m *affectus* g c *astrạ* (is above) l — 477 *ocul*[os] l — 479 *possint* m c *possent* g — 486 *silibramque* l m *si libramque* g c — 487 *taurus* c *fraudem . . . et* g (*nectit* in marg. m. rec.) — 488 *fulgentis* l g m — 489 *mens* o *sic* o.

Europam dorso retinentem cornua laeua
indutusque Iouist. geminorum ducitur auris
ad iuuenem aeternas fundentem piscibus undas
inque ipsos animus pisces oculique leonem.
cancer et aduerso capricornus conditus astro
in semet uertunt oculos, in mutua tendunt
auribus, et cancri captatur aquarius astro.
at leo cum geminis aciem coniungit et aurem
centauro gemino, capricorni diligit astrum.
Erigone taurum spectat, sed scorpion audit
atque sagittifero conatur nectere fraudem.
libra suos sequitur sensus solumque uidendo
lanigerum atque animo complexa est scorpion infra.
ille uidet pisces oditque per omnia libram.
nec non arcitenens magno parere leoni
auribus atque oculis sinum fundentis aquari
conspicere adsueuit solamque ex omnibus astris
diligit Erigonen. contra capricornus in ipsum
conuertit uisus — quid enim mirabitur ille
maius, in Augusti felix cum fulserit ortum? —
auribus et summi captat fastigia cancri.
at nudus geminis intendit aquarius aurem
sublimemque colit cancrum spectatque reducta
tela sagittiferi. pisces ad scorpion acrem
direxere aciem cupiuntque attendere taurum.
has natura uices tribuit, quum sidera fixit.
his orti similis referunt per mutua sensus,
audire ut cupiant alios aliosque uidere,
horum odio, nunc horum idem ducantur amore,
illis insidias tendant, captentur ab illis.

491 *Indutusque*[b] *geminorum*[a] *Ioui* l *est* om. o *auris* (e superscr.) l *auris* g m *aures* c — 493 *animus* l (Vrat.) *animum* ω — 494 *conditŏr* l *conditur* g c *condito rastro* m — 495 *Insemet* (s superscr.) *uertitur* (s superscr.) l *in semet uertitur* m *in semet uertunt* g *uertitur in semet* c *oculis* l c m *oculusque* corr. in *oculosque* g *immutaque* l c *in muta* m *in mutua* g — 496 *cancri* m *cancer* ω — 497 *At* l fuit *Ad* l *adleo* m — 498 *centaurus* o *geminos*||| l *geminos* g c *geminos et* m — 502 *infra* om. g — 503 *audit* o — 507 *erigonem* l c *erigonē* g *erigonen* m — 509 *magis* c *Angusti* l — 511 *Ad* (t superscr.) l *adundus* m *aur*|||*m* l *aurum* m *aurem* g c — 513 *arrem* m — 514 *adtendere* (t superscr.) l *adtendere* m — 516 *similes* o *census* o — 517 aliụs (o superscr.) l *alius* m *alios* g c — 518 *ducuntur* l c m *ducantur* g — 519 *captẹntur* (a superscr.) l *captantur* c *captentur* g m.

quin aduersa meant coniuncta trigona trigonis,
alteraque in bellum diuerso limite ducit
linea; sic ueri per totum consonat ordo.
namque aries, leo et arcitenens, sociata trigono
signa, negant chelis foedus totique trigono,
quod gemini excipiunt fundens et aquarius undas;
idque duplex ratio cogit uerum esse fateri,
quod tria signa tribus signis contraria fulgent,
quodque aeterna manent hominum bella atque ferarum;
humana est facies librae, diuersa leonis;
idcirco et cedunt pecudes, quod uiribus amplis
consilium est maius; uictus leo fulget in astris,
aurea lanigero concessit sidera pellis;
ipse ferae partis centaurus tergore cedit;
usque adeo est homini uictus. quo mirer, ab illis
nascentis librae superari posse trigonum.
quin etiam breuior ratio est per signa sequenda.
nam quaecumque nitent humana condita forma
astra, manent illis inimica et uicta ferarum.
sed tamen in proprias secedunt singula mentes
et priuata gerunt secretis hostibus arma.
lanigero genitis bellum est cum uirgine natis
et libra, gemino pisce et quos protulit unda.
in partus tauri sub cancro nata feruntur
pectora et in chelis et quae dat scorpius acer,
et pisces. at quos geminorum sidera formant,
his cum lanigero bellum est eiusque trigono.
in cancro genitos capricorni semina laedunt
et librae partus et quos dat uirginis astrum
quique sub auersi numerantur sidere tauri.
lanigeri communis erit rabidique leonis

520 α iā [q]l α iā g m *aduersa queant iamque* c — 523 *arcętenens* l *arquitenens* m *trigona* l g *trigono* c m — 524 *trigonạ̊* l *trigono* g vš deest in c m — 528 *quoque* l m — 533 *centaurus* t *ergo recedit* l *ergo recedit* g m *tergore cedit* c — 534 *hominis* o *quod* l m c *quo* g — 538 *nascentis* l g *nascenti* m *trigonŏ* l *trigono* m *trigonum* g c — 541 *gentis* (i supra) l *gentis* g m *genitis* c — 542 *gemini pisces quos* o *pertulit* l *protulit* g c *gemini — unda* om. m — 543 *in partes* o *nato* m — 544 *scorpius* o — 545 *piscis* (e supra) l *piscis* ω *atque hos* o — 547 *femina* l c *semina* g m — 549 *aduersi* o — 550 *rapidique* o.

hostis. sic totidem bellum subscribitur astris.
erigone taurumque timet geminumque sub arcu
centaurum et pisces et te, capricorne, rigentem.
maxima turba petit libram: capricornus et illi
aduersus cancer, chelis quod utrumque quadratum est,
quique in lanigeri numerantur signa trigonum.
scorpios in totidem fecundus creditur hostes,
aequoreum iuuenem, geminos, taurum atque leonem,
erigonen, libramque fugit metuendus et ipsi.
quique sagittari ueniunt de sidere partus,
hos geminis nati libraque et uirgine et urna
depressisse uolunt natura et lege iubente.
haec eadem, capricorne, tuis inimica feruntur.
at quos aeternis perfundit aquarius undis,
in pugnam Nemeaeus agit totumque trigonum,
turba sub unius iuuenis uirtute ferarum.
piscibus exortos uicinus aquarius urguet
et gemini fratres et quos dat uirginis astrum,
quique sagittari descendunt sidere nati.
nec sola est ratio, quae dat nascentibus arma
inque odium generat partus et mutua uelle,
sed plerumque manent inimica tertia quaeque
lege in transuersum uultu defixa maligno,
quoque manent quaecumque loco contraria signa,
aduersosque gerunt inter se septima uisus,
tertia quaeque illis utriusque trigona feruntur.
nec sit mirandum, si foedus non datur astris,
quae sunt aduersis signis cognata trigona.
per tot signorum species contraria surgunt
corpora totque modis totiens inimica creantur.

---

551 *hostis sed* o — 552 *taurumque linet geminumque sub arcu* o — 554 *capricornus* [que] *illi* l — 556 *quique* o — 557 *scorpios* o *hostis* o — 559 *erigonē* l *erigone* gc *et rigone* m *libramque* o *ipse* o — 560 sagittạ̊|[fe]|ri|| l *sagittarii* gm *sagittiferi* c — 561 *libramque* l *librāque* m *libraque* gc — 562 *natura et lege* lgm *legē et natura* c *iubentem̦* l *iubente* gm *iubentem* c — 564 *ad quos* l — 565 *in pugnam* m *ad p.* ω *nemeus* o — 567 *pisces exortus* o *urguet* mc — 569 *sagittạri* [ife] l *sagittarii* gm *sagittiferi* c *siderạ* [e] l *sidera* m *sidere* gc — 571 *et* o *generet* o — 576 *utriusque* o — 577 *nescit* lg *nec sit* mc *phoebus* o — 578 *aduersi* lm *aduersis* gc — 580 *quotiens inimica* o.

idcirco nihil ex semet natura creauit
pectore amicitiae maius nec rarius umquam.
unus erat Pylades, unus qui mallet Orestes
ipse mori; lis una fuit per saecula mortis;
alter quod raperet fatum, non cederet alter,
et duo, qui potuere sequi. uix noxia poenis.
optauitque reum sponsor non posse reuerti,
sponsoremque reus timuit, ne solueret ipsum.
perque tot aetates hominum, tot tempora et annos,
tot bella et uarios etiam sub pace labores,
cum fortuna fidem quaerat, uix inuenit usquam.
at quanta est scelerum moles per saecula cuncta,
quamque onus inuidiae non excusabile terris!
imposuit Phoebus noctem, terrasque reliquit
quid loquar euersas urbes et prodita templa
et uarias pacis clades et mixta uenena,
uenalis ad fata patres matrumque sepulcra
insidiasque fori, caedes in moenibus ipsis
et sub amicitiae grassantem nomine turbam?
in populo scelus est, et abundant cuncta furoris,
et fas atque nefas mixtum, legesque per ipsas
saeuit nequities; poenas iam noxia uincit.
scilicet in multis quoniam discordia signis
corpora nascuntur, pax est sublata per orbem,
et fidei rarum foedus paucisque tributum;
utque sibi caelum, sic tellus dissidet ipsa,
atque hominum gentes inimica sorte feruntur.
si tamen et cognata cupis dignoscere signa,
quae iungant animos et amica sorte ferantur,
lanigeri partus cum toto iunge trigono.
simplicior tamen est aries meliusque leone
prosequitur genitos et te, centaure, creatos,

---

581 *iccirco* g — 583 *erit* o (m L) — 584 *leuis* (+ is) l g c *leuis* m *per* o — 587 *rerum* m *sponso* o — 588 *reum* c — 591 *querat* l m — 592 *ac* m *quantae* g *mortes* g *mores* ω — 593 *quaque* m — 594 *uenales* o *sepulchra* l m — 595 *relinquit* l m *reliquit* g c — 598 *cedes in* l g m — 599 *grassantem* g *crassantem* ω — 600 *populos* g m *populo* l c *habundant* l m — 602 *seuit* o *nequitias* (es) l *nequicies* m *uincat* (i) l — 604 *pars et* o — 605 *pacisque* o — 606 *ipsa* o — 607 *forte* m — 608 *dinoscere* o — 609 *ferantur* l m c *feruntur* (+ a) g — 610 *lanigerum* m — 611 *est tamen est* m.

quam colitur. namque est natura mitius astrum
expositumque suae noxae, nec fraudibus ullis
nec minus ingenio molli quam corpore constat.
illis est feritas signis praedaeque cupido,
uenalisque animus non numquam excedere cogit
commoditate fidem, nec longa est gratia facti,
atque in lanigerum partus sub utroque trigono
non pacem sed rara gerit pro tempore bella.
quod feritas utriusque magis pro tempore cogit.
plus tamen in duplici numerandum est roboris esse,
cui commixtus homo est, quam te, Nemeaee, sub uno.
idcirco et pax est signis et mixta querella.
quin etiam tauri capricorno iungitur astrum,
nec magis illorum coeunt ad foedera mentes.
uirgineos etiam partus quicumque creantur
tauro complecti cupiunt, sed saepe queruntur.
quosque dabunt chelae geminique et aquarius ortus,
unum pectus habent fideique immobile uinclum,
632 magnus et in multos ueniet successus amicos.
scorpius et cancer fraterna in nomina ducunt
ex semet genitos; nec non et piscibus orti
concordant illis. saepe est et subdolus actus.
scorpius aspergit noxas sub nomine amici.
at quibus in lucem pisces uenientibus adsunt,
his non una manet semper sententia cordi;
commutant animos interdum et foedera rumpunt
ac repetunt, tectaeque lues sub fronte uagantur.
sic erit ex signis odium tibi paxque notanda;
in terris geniti tali sub lege creantur.
    nec satis hoc tantum solis insistere signis;
contemplare locum caeli sedemque uagarum;
parte genus uariant, et uires linea mutat.

---

615 *constant* o — 619 *At quin* g *at cum* ω *lanigeri* l c m *lanigiri* g *partus* o — 620 *parcēt* l *parcet* m *parcit* ω — 621 *ueritas* m *magis pro tēpore* o — 623 *nemee* o — 624 *querella* g m — 629 *chele et quos dat Aquarius* o — 630 *inmobile* m post 630 in edd. sequitur 631 *magnus erit geminis amor et concordia duplex*, qui in omnibus libris deest — 633 *scorpios* m *scorpius* ω *in fraterna* m — 635 *sepe est et* g om *est* ω *actus* o — 636 *Scorpius* o *noxîs* c — 637 *adsunt* g m c *assunt* l — 640 *tecteque* l m — 641 *et signis* l c *e* m *ê* g.

nam sua quadratis ueniunt, sua iura trigonis,
et quae per senos decurrit uirgula tractus,
quaeque secat medium transuerso limite caelum.
hinc modo dat mundus uires, modo deterit idem,
quaeque illic sumunt iras, huc acta reponunt.
distat enim surgatne eadem subeatne cadatne
crebrius aduersis odium est. cognata quadratis
corpora censentur signis et amica trigonis.
nec ratio obscura est; nam quartum quodque locauit
eiusdem generis signum natura per orbem;
quattuor aequali caelum discrimine signant,
in quibus articulos anni deus ipse creauit:
uer aries, Cererem cancer, Bacchumque ministrans
libra, caper brumam genitusque ad frigora piscis.
nec non et duplici quae sunt conexa figura
quartum quemque locum retinent. duo cernere pisces
et geminos iuuenes duplicemque in uirgine formam
et duo centauri licet uno in corpore textus.
sic et simplicibus signis stat forma quadrata.
nam neque taurus habet comitem, nec iungitur ulli
horrendus leo, nec metuit sine compare quemquam
scorpius, atque uno censetur aquarius astro.
sic quaecumque manent quadrato condita templo
signa, parem referunt numeris aut tempore sortem
ac ueluti cognata manent sub foedere tali.
idcirco affines signant gradibusque propinquis
672 accedunt unaque tenent sub imagine natos.
674 quae quamquam in partes diuisi quattuor orbis
sidera quadrata efficiunt, non lege quadrati

647 q̊ l — 648 *secaṇt* l *secant* c m *secat* g — 649 *deterit* o — 650 *uires* c — 654 *quodque* g *quoque* ω — 658 *baccumque* m *bachumque* g *bacchumque* l — 659 *genitusque* o *pisces* c *piscis* ω — 660 *conexa* l *connexa* g *cōnexa* m — 661 *quemque* o — 662 *iuuenes* g *iuuenis* ω — 663 *uno corpore* l m c *uno in corpore* g *mixtum* (+ tex) g *textum* ω — 665 *pingitur* l c *ne cingitur* m *iungitur* g — 666 *sine copore* o — 667 *scorpius* o *censeṇtur* l *censentur* g *censetur* c m — 671 *adfines* (f superscr.) l *adfines* m *affines* g c *grauibusque* o — post 672 sequuntur *longior in — seruabitur ordo* 677—686, tum *quotquot — cardinis usus* 673—676 tum *adde* 687 in o — 673 *quod quod* (t superscr.) l *quod quod* m *quotquot* g c *propriae* l *proprie* ω *uariante* o — 674 *partis* (e superscr.) l *partis* m *partes* g c *diuisit* l g c *partibus diuisit* m.

censentur. minor est numeri, quam cardinis usus.
longior in spatium porrecta est linea maius,
quae tribus emensis signis facit astra trigona.
haec ad amicitias imitantis iura gradumque
sanguinis atque animis haerentia pectora ducunt.
utque ipsa ex longo coeunt summota recessu,
sic nos coniungunt maioribus interuallis.
haec meliora putant, mentes quae iungere possunt,
quam quae non numquam foedus sub sanguine fallunt.
proxima uicinis subscribunt tertia quaeque
hospitibus. sic astrorum seruabitur ordo.
673 *quotquot cardinibus †proprie uariante mouentur.*
adde suas partes signis, sua partibus astra.
nam nihil in totum seruit sibi: mixta feruntur,
ipsis dant fines astris capiuntque uicissim.
quae mihi mox certo digesta sub ordine surgent.
omnibus ex istis ratio est repetenda per artem,
pacata infestis signa ut discernere possis.
perspice nunc tenuem uisu rem, pondere magnam
et tantum Graio signari nomine passam,
dodecatemoria in titulo signantia causas.
nam cum tricenas per partes sidera constent,
rursus bis senis numerus diducitur omnis.
ipsa igitur ratio binas in partibus esse
dimidiasque docet partes. his finibus esse
dodecatemorion constat, bis senaque cuncta
omnibus in signis, quae mundi conditor ille
attribuit totidem numero fulgentibus astris,
ut sociata forent alterna sidera sorte,
et similis sibi mundus et omnia in omnibus astra,
quorum mixturis regeret concordia corpus,

678 *tribus mensis* m — 679 *mutantes* m *imitantes* ω — 681 *Atque* m *ex longo* lgm *ipsa longo* c *sub mota* lm *summota* gc — 689 *ex ipsis dant* m — 690 *mox certo* om. m spatio relicto nouem litterarum — 692 *pacata* lg *pacatam* mc *infestis* g *infectis* lc *inferens* m (u_1 v_2, qui hinc consentit cum m) *perdiscere* o *poscis* mc *possis* lg — ante 693 *de duodecat ne moriis que sint et quas uires habent* m — 694 *signarẹ* (i supra) l *passum* l (corr.) *passum* m *passam* g — 695 *duodecat hemoria* l *duodecat emoria* gm *in titulos* o — 696 *partis* (e supra) l *partis* gm — 699 *partes* o (om. u. g) — 700 *duodecatemorium* o *constant* o — 702 *numeris* lgc *numeros* m.

et tutela foret communi mutua causa.
idcirco quamquam signis nascantur eisdem,
diuersos referunt mores inimicaque uota;
et saepe in pecudes errat natura, maremque
femina subsequitur; miscentur sidera partus,
singula diuisis uariant quod partibus astra
dodecatemoriis proprias mutantia uires.
nunc quid sint cuiusque canam, quoue ordine constent,
ne uagus ignotis signorum partibus erres.
ipsa suo retinent primas in corpore partes
sidera; uicinae subeuntibus attribuuntur.
cetera pro numero ducunt ex ordine partes,
ultima et extremis ratio conceditur astris.
singula sic retinent binas in sidere quoque
dimidiasque sui partes et summa repletur
sortibus exactis triginta sidere in omni.
  nec genus est unum, ratio nec prodita simplex,
pluribus inque modis rerum natura locauit
diduxitque uias uoluitque per omnia quaeri.
haec quoque comperta est ratio sub nomine eodem:
quacumque in parti nascentum tempore luna
constiterit, numeris hanc ter dispone quaternis,
sublimi totidem quia fulgent sidera mundo.
inde suas illi signo, quo luna refulsit,
quaeque hinc defuerant partes numerare memento.
proxima tricenas pariterque sequentia ducunt.
hic ubi deficiet numerus, tunc summa relicta
in binas sortes adiecta parte locetur
dimidia, reliquis tribuantur ut ordine signis;
in quo destituent, eius tum luna tenebit

707 *nascantur* o — 709 *erra|||t* (n erasum) l *errant* m *errat* g c *matura* m *matremque* c — 710 *sidera* o *partus* o — 713 *quod* m *sit* l g m c *cuiusue* c *cuiusque* ω *quoque* c *quoue* ω *constet* g m *constent* c *constant* l — 714 *neç* l *nec* g c m — 715 *sua̧* l *sua* g m — 716 *uicinis* o *actribuuntur* m — 719 *sidera* o — 723 *in|||* (q. superscr.) l *in* m *inque* g c — 724 *deduxitque* o — 726 *quocunque* o *partum* c *partu* ω *tempora* o — 728 *queͅ* (quia superscr.) l *quae* g *fulgent* om. m — 730 *quae et hi||nc* l *qua et hunc* m *quae & hinc* g c *defuerant* o — 731 *pariter|||sentientia* l *pariter sententia* g *pariterque sententia* c m *ducunt* l m c *ducit* g — 732 *ibi* (t superscr.) l *ibi* g c *tibi* m — 734 *dimidiam* l g c *dimidia* m *tribuantur* o *in ordine* l — 735 *qua* o *te iustum* o *uidebit* c.

dodecatemorium signi. post cetera ducet
ordine quaeque suo, sicut stant astra locata.
haec quoque te ratio ne fallat, perspice paucis.
maior in effectu minor est, quod partibus ipsis
dodecatemorii *quid sit, quod dicitur esse*
dodecatemorion. namque id per quinque notatur
partis; nam totidem praefulgent sidera caelo,
quae uaga dicuntur ducunt et singula sortes
dimidias uiresque in eis et iura capessunt.
in quocumque igitur stellae quandoque locatae
dodecatemorio fuerint, spectare decebit;
cuius enim stella in fines in sidere quoque
inciderit, dabit effectus in uiribus eius.
undique miscenda est ratio, per quam omnia constant.
uerum haec posterius proprio cuncta ordine reddam,
nunc satis est docuisse suos ignota per usus,
ut, cum perceptis steterit fiducia membris,
sic totum corpus facili ratione notetur,
et bene de summa ueniat post singula carmen.
ut rudibus pueris monstratur littera primum
per faciem nomenque suum, tum ponitur usus;
tunc coniuncta suis formatur syllaba nodis;
hinc uerbi structura uenit per uerba legenti;
tunc rerum uires atque artis traditur usus,
perque pedes proprios nascentia carmina surgunt;
singulaque in summa prodest didicisse priora;
quae nisi constiterint primis fundata elementis,
764 effluat in uanum rerum praeposterus ordo,
763 uersaque, quae propere dederint praecepta magistri:

---

736 *duodecatemoriis* l g c *duodecathemorium* m — 737 *quoque* o *suo* inest in m om. l g c *uelut* g *sicut* ω *sunt* m *stant* ω — ante 738 *de duodecathemoriis* m *fallit perspicere* m — 740 *duodecathemorii* l m c *duodecathemoriis* g *quod sit* (i superscr.) l *quod sit* g m *quid sit* c — 741 *duodecathemorium* o — 742 partis (e superscr.) l *partis* g m *partes* c — 744 *dimidias uires qui in meis* l g *dimidias uires qui mueis* m *cura* o — 746 *duodeca*||| *temorio* l *duodecima temorio* m *fuerint* g *fluerint* l m c — 747 *stellae in fine sint* o — 748 *inciderint* o *inuiribus* o — 750 *Uerum* corr. ex *Utrum* m *proprior* m *cuncta* om. l in lacuna superscr. *cuncta* om. m (L) — 754 *post singula* l g m *de singula* c — 756 *per faciem* l m c *et facie* g *componitur* o — 758 *uerbis* o *per uerba legendi* o — 760 *per quod* m — 762 *constiterint* m corr. ex *unt* — 764 *et fluat* l *et fluat* g c *ut fluat* m

sic mihi per totum uolitanti carmine mundum
erutaque abstrusa penitus caligine fata
Pieridum numeris etiam modulata canenti,
quoque deus regnat reuocanti numen in arte,
per partes ducenda fides, et singula rerum
sunt gradibus tradenda suis, et cum omnia certa
notitia steterint, proprios reuocantur ad usus.
ac uelut in nudis cum surgunt montibus urbes,
conditor et uacuos muris circumdare colles
destinat, ante manus quam temptet scindere fossas,
uertit opus: ruit ecce nemus, saltusque uetusti
procumbunt solemque nouum, noua sidera cernunt;
pellitur omne loco uolucrum genus atque ferarum,
antiquasque domos et nota cubilia linquunt.
ast alii silicem in muros et marmora templis
rimantur, ferrique rigor per tempora nota
quaeritur; hinc artes, hinc omnis conuenit usus.
tunc demum consurgit opus, cum cuncta supersunt,
ne medios rumpat cursus praepostera cura:
sic mihi cunctanti tantae succedere moli
materies primum rerum ratione remota
tradenda est, ratio sit ne post irrita, neue
argumenta nouis stupeant nascentia rebus.
    ergo age, noscendis animum compone sagacem
cardinibus, qui per mundum sunt quattuor omnes
dispositi semper mutantque uolantia signa.
unus ab exortu caeli nascentis in orbem,
qua primum terras aequali limite cernit.
alter ab aduersa respondens aetheris ora,
unde fugit mundus praecepsque in tartara tendit.
tertius excelsi signat uestigia caeli,
qua defessus equis Phoebus subsistit anhelis
declinatque diem mediasque examinat umbras.

765 *mundi* l — 766 *obstrusa* c *calligine* lm — 767 *canendi* o — 771 *nuncia stiterint* m *ad usus* o — 772 *in undis* m *consurgunt* o *orbes* o — 773 *conditur* o — 775 *uertit* o — 778 *linquit* g — 779 *templi* o (*templis* pM) — 781 *omnis* om. m — ante 788 *de cardinibus mundi* gm (l in marg.) — 789 *oms* lg — 792 *qui* g *qua* ω — 794 *princepsque* m *praecepsqu.* ω — 795 *uestigia* o — 796 *quo* o *habenis.*

ima tenet quartus fundato nobilis orbe,
in quo principium est reditus finisque cadendi
sideribus, pariterque occasus cernit et ortus.
haec loca praecipuas uires summosque per artem
fatorum effectus referunt, quod totus in illis
nititur aetheriis ueluti compagibus orbis.
quae nisi perpetuis alterna sorte uolantem
cursibus excipiant nectantque in uincula bina
per latera atque imum templi summumque cacumen,
dissociata fluat resoluto machina mundo.
   sed diuersa tamen uis est in cardine quoque,
et pro sorte loci uariant atque ordine distant.
primus erit, summi qui regnat culmine caeli
et medium tenui partitur limite mundum,
quem capit excelsa sublimem gloria sede.
scilicet haec tutela decet fastigia summa,
quicquid ut emineat sibi uindicet et decus omne
asserat et uarios tribuendo regnet honores;
hinc fauor et species atque omnis gratia uulgi:
reddere iura foro, componere legibus orbem
foederibusque suis externas iungere gentes
et pro sorte sua cuiusque extollere nomen.
proximus, est ima quamquam statione locatus,
sustinet aeternis nixum radicibus orbem.
effectu minor in specie, sed maior in usu
fundamenta tenet rerum censusque gubernat:
quam rata sint fossis scrutatur uota metallis
atque ex occulto quantum contingere possis.
tertius aequali pollens in parte, nitentem
qui tenet exortum, qua primum sidera surgunt,
unde dies redit et tempus discribit in horas, —
hinc inter Graias horoscopus editur urbes

799 *finis*[qu] l *canendi* (d supra n) l *canendi* g *cauendi* m *cadendi* c — 803 *etheriis* l *et heris* m — 805 *necantque* (t supra c) l — 806 *unum* m — 812 *uem* l *capit* om. c *excelsa* m — 814 *quicquid* lgm *ds* o *omi* o — 815 *adserat* (s supra d) l *ads.* m *asserat* gc *reget* o — 816 *omi* lgc *omni* m *gra* lg *gratia* m *gta* c — 818 *gentes* o — 821 *alternis* o *mixtum* o — 822 *species* o — 824 *rara* (t supra r) l *rara* g *rata* mc *scrutantur* o — 825 *possis* o — 826 *atque illi* o *tollens* o — 828 *una* o *dedit* o *describet* o *aras* g — 829 *horoscopus* o.

nec capit externum, proprio quia nomine gaudet, —
nunc tenet arbitrium uitae, nunc regula morum est
fortunamque dabit rebus ducetque per artes,
qualiaque excipiant nascentis tempora prima,
quos capiant cultus, quali sint sede creati,
utcumque admixtis subscribent uiribus astra.
ultimus emenso qui condit sidera mundo
occasumque tenens submersum despicit orbem,
pertinet ad rerum summas finemque laborum,
coniugia atque epulas extremaque tempora uitae
otiaque et coetus hominum cultusque deorum.
  nec contentus eris percepto cardine quoquam;
interualla etiam memori sunt mente notanda
per maius dimensa suas reddentia uires.
quicquid ab exortu summum curuatur in orbem,
aetatis primae nascentisque asserit annos.
quod summo premitur deuexum culmine mundi,
donec ad occasum ueniat, puerilibus annis
succedit teneramque regit sub sede iuuentam.
quae pars occasus infraque imumque sub orbem
descendit, regit haec maturae tempora uitae
et propria serie uarioque exercita cursu.
at qua perficitur cursus redeunte sub imo,
tarda supinatum lassatis uiribus arcum
ascendens seros demum complectitur annos
labentemque diem uitae tremulamque senectam.
  omne quidem signum sub qualicumque figura
partibus inficitur mundi; locus imperat astris
et dotes noxamque facit; uertuntur in orbem
singula et accipiunt uires caeloque remittunt.
uincit enim natura genus legesque ministrat

---

830 *haec* (nec) g *extremum* l g c *externum* m *qua* (i) l *qua* g c *quia* m *minime* (numine) l *numine* ω — 831 *Hunc* o *hic* o — 839 *coniugeatq.* (iungitq.) l *coniugiatque atque e.* m *coniungitq.* g c — 840 *ouaque* m ante 841 *diuisio aetatis in partes caeli* g m — 841 *quoda* m — 843 *quic quod* l — 844 *aestatis* g *asserit* g — 849 *interimumque* l c *interminumque* m *interimum quam* g — 850 *mature regit* (hec) l *mature regit* l g *maturae regit* m *regit haec maturae* c — 852 *t* l m — 853 *sub pinatum* g — 859 *cardoque* m — 860 *natura* o.

finibus in propriis et praetereuntia cogit
esse sui moris, uario nunc diues honore,
nunc sterilis, poenam referentia sidera sedis.
quae super exortum est a summo tertia caelo,
infelix regio rebusque inimica futuris
et uitio fecunda nimis; nec sola, sed illi
par erit, aduerso quae fulget sidere sedes
iuncta sub occasu, nec praestat cardine mundi.
utraque praetenta fertur deiecta ruina;
ora laboris erit; scandendum est atque cadendum.
nec melior super occasus contraque sub ortu
sors agitur mundi. praeceps haec, illa superne
pendens aut metuit uicino cardine finem,
aut fraudata cadet. merito Typhonis habentur
horrendae sedes, quem tellus saeua profudit,
quum bellum caelo peperit, nec matre minores
exstiterunt partus. sed fulmine rursus in altum
compulsi, montesque super rediere cadentes,
cessit et in tumulum belli uitaeque Typhoeus.
ipsa tremit mater flagrantis monte sub Aetna.
at quae fulgentis sequitur fastigia caeli
proxima, non ipsi cedat, qui fungitur astro;
spe melior palmamque petens uictrixque priorum
altius insurgit, summae comes addita finis;
in peiusque manent cursus, nec uota supersunt.
quocirca minime mirum, si proxima summo
atque eadem inferior uenerando sorte dicatur,
cui titulus felix. censum sic proxima Graiae
nostra subit linguae uertitque a nomine nomen.
Iuppiter hac habitat. fortunae crede regenti.
huic in peruersum similis deiecta sub orbe
imaque submersi contingens fulmina mundi,

---

863 *poenamque* o *ferentia* lgc *ferencia* m *sectis* g — 866 *e*ᵗ l — 868 *neu praestet* lgc *neu praestit* m — 870 *orța* l *orta* mc *ora* g — 872 *supina* m *superna* ω — 874 *fraudat acadat* m — 877 *extiterint* o *rursū* m — 878 *conpulsi* m — 879 *tiphoeus* lm *typhaeus* g — 880 *fṛagrantis* l *fraglantis* m *sub Aetna* om. g — 881 *Atque* o *refulgentiṣ* l *refulgentis* gm *refulgenti* c *caelo* o — 882 *non* m *nec* ω — *piorum* g *priorum* ω — 884 *finis* o — 887 *interior* o *ueneranda* o — 888 *quod* o *si* o *graia* m — 889 *uirtutique* o — 890 *hoc* o *credere genti* o — 892 *contingent fulmina* o.

aduersa quae parte nitet, defessa peracta
militia rursusque nouo deuota labori
cardinis et subitura iugum sortemque potentem;
nondum sentit onus mundi, iam sperat honorem.
daemonien memorant Grai, Romana per ora
quaeritur in uersu titulus. sub corde sagaci
conde locum numenque dei nomenque potentis,
quae tibi posterius magnos reuocantur ad usus.
hic momenta manent nostrae plerumque salutis
bellaque morborum caecis pugnantia telis,
uiribus ambiguum geminis casusne deine,
nunc huc nunc illuc sortem mutantis utramque.
sed medium post castra diem curuataque primum
culmina nutantis summo de uertice mundi
aethera Phoebus amat *sub quoque corpora nostra*
decernunt uitia et fortunam ex uiribus eius
concupiunt deus ille locus sub nomine Graio
dicitur. huic aduersa nitens, quae prima resurgit
sedibus ex imis iterumque reducit Olympum,
pars mundi furuumque nitet noctesque gubernat
et dominam agnoscit Phoeben fraterna uidentem
regna per aduersas caeli fulgentia partes
fataque damnosis imitantem finibus orbis.
huic parti dea nomen erit Romana per ora,
Graecia uoce sua titulum designat eundem.
arce sed in caeli, qua summa accliuia finem
inueniunt, qua principium decliuia sumunt,
culminaque insurgunt occasus inter et ortus

893 *Aduersaq. parte nitet defessa* l *aduersaque nitet parte peracta defessa* c *aduersa quae parte nitet defessa su pacta* g *diuersa qua* m — 896 *opus* o — 897 *demonie* c *demonien* ω *grai* o — 898 *uerso* c *sub* o — 899 *condelo cumnumenque* lm *demouemque* m — 900 *magnus* m — post 901 in l spatium unius lineae, in m (u_1 u_2 v_2) lemmatis instar: PER TANTA PERICVLA MORTIS — 903 |*iribus* l *geminum* g *causas que* l (*s* add. corr.) *causaque* c *causasque* g m *dīque* c *deique* ω — 904 *utramque* g *utraque* ω — 906 *astra diem* o — 906 *nutantis* o (m L) — 907 *aethera Phoebus aut* o *sub quoque* o — 908 *decernunt* o *ex uiribus* o — 909 *concupiunt* o — 910 *huc* o — 911 *imus* c *iterum*^{que} *reducit* l *uerum reducit* m *iterumque r.* ω — 912 *mortisque* o — 913 *phebē* c — 915 *dampnosis* l *mutantem* m *oris* o — 918 *decliuia* o — 920 *culmuitque* m *culmineque* ω *& inter* ^{et} *ortus* l.

suspenduntque suo libratum examine mundum,
asserit hanc Cytherea sibi per sidera sedem
et ueluti faciem mundi sua collocat ora,
per quae humana regit. propria est haec reddita parti
uis: et conubia et thalamos taedasque gubernat.
haec tutela docet Uenerem sua tela mouere.
nomen erit Fortuna loco. quo percipe mentem,
ut breuia in longo compendia carmine praestem.
at qua subsidit conuerso cardine mundus
fundamenta tenens aduersum et suspicit orbem
ac media sub nocte iacet, Saturnus in illa
parte suas agitat uires, deiectus et ipse
imperio quondam mundi solioque deorum,
et pater in patrios excercet numina casus
fortunamque senum; *prima est tutelo duorum,*
nascentum atque patrum, quae tali condita parte est.
asperum erit templum; titulus, quem Graecia fecit
daemonium, signatque suas pro nomine uires.
nunc age, surgentem primo de cardine mundum
respice, qua solitos nascentia signa recursus
incipiunt, uiridis gelidis et Phoebus ab undis
enatat et fuluo paulatim accenditur igne,
haec tua templa ferunt Maia, Cyllenie, nate.
o facies signata nota, quod nomen et ipsi
auctores tibi dant artis quae ducit Olympum
in quo fortunam natorum condidit omnem
natura, ex illo suspendit uota parentum.
unus in occasu locus est super, ille ruentem
praecipitat mundum tenebris et sidera mersat
tergaque prospectat Phoebi, qui uiderat ora.

921 *librarum* lgc *libratum* m *ex ordine* c — 922 *adserit* m *sedent* m — 924 *perque* o *hac* lg *hec* c *re^d^dita* l *redita* m *addita* c — 925 *niset coniugia* m *conubia* lg — 926 *docet* o — 928 *conpendia* m *prestent* lm *praestent* gc — 929 *A^t^dqua* l *ad qua* m — 930 *suscipit* ω *inscipit* m — 931 *iacens* c — 932 *sua fagitat* m (L) — 934 *patrios* o — 935 *tutela duorum* o — 936 *nascen^t^dum* l *nascendumque* m (*que* del. corr.) *adque* m *pars est* o — 937 *erit* m *erat* ω *templum* m *tempus* ω *titulus* o *feci* o — 940 *solido* o *recursu* c (*soli donare scencia signare cursu* m) — 943 ^n^*fate* l — 944 *o* lm o̧ gc — 945 *artes* o *qua* o — 946 *qua* o — 947 *illo* o — 949 *terris* o *mersit* o — 950 *terraque* o.

ne mirere, nigri si Ditis ianua fertur
et finem retinet per tanta pericula mortis.
hic etiam ipse dies moritur terrasque per orbem
subripit et noctis captum sub carcere claudit.
nec non et fidei tutelam uindicat ipsi
pectoris et pondus. tanta est in sede potestas,
quae uocat et condit Phoebum recipitque refertque
consummatque diem. tali sub lege notandae
templorum tibi sunt uires, quas peruolat omnis
astrorum series ducitque et commodat illis
ipsa suas leges, stellaeque ex ordine certo,
ut natura sinit, lustrant uariasque locorum
efficiunt uires, utcumque aliena capessunt
regna et in externis subsidunt hospita castris.
haec mihi sub certa stellarum parte canentur;
nunc satis est, caeli partes titulosque notasse
effectusque loci per se cuiusque deosque.
cui parti nomen posuit, qui condidit artem,
octotopos, per quod stellae diuersa uolantes
quos reddant motus, proprio uenit ordine rerum.

---

951 *ne* o — 952 lacuna in o (; *r* in marg. l) in g addit man. rec. *mortique locatur* — 953 *hinc* o (*hīc* c) — 954 *supripit* g — 955 *ipsam* o — 958 *consummatque* l m *consumatque* g c *lege* (nocte) l *lege* m *talis sub nocte* g c — 959 *quas* o — 962 *lustrantque* m (*que* del. corr.) — 964 *subsistunt* g *subsidunt* ω — 967 *effectŏsque* l *effectosque* m — 968 *Qui* o *arcem* g — 969 *octotropos* o *quod* o subscriptio nulla in l *explic̄ lib̄ scds prefatio libri tertii* g *M. Manlii Boeni Astronomicon liber II explicit felicit incipit tertius* m (maj.) u_2.

LIBER TERTIUS.

In noua surgentem maioraque uiribus ausum
nec per inaccessos metuentem uadere saltus
ducite Pierides. uestros extendere conor
fines et dignos in carmina ducere cantus.
5 non ego in excidium caeli nascentia bella
fulminis et flammis partus in matre sepultos,
non coniuratos reges Troiaque cadente
Hectora uenalem cineri Priamumque ferentem,
Colchida nec referam uendentem regna parentis
10 et lacerum fratrem stupro segetesque uirorum
taurorumque trucis flammas uigilemque draconem
et reduces annos auroque incendia facta
13 et male conceptos partus peiusque necatos;
15 septenosque duces ereptaque fulmine flammis
moenia Thebarum et uictam, quia uicerat, urbem
germanosque patris referam matrisque nepotes
natorumque epulas conuersaque sidera retro
ereptumque diem; nec Persica bella profundo
20 indicta et magna pontum sub classe latentem
21 inmissumque fretum terris, iter aequoris undis.
14 non annosa canam Messanae bella nocentis;
22 non regis magni spatio maiore canenda,

ante 1 spatium unius lineae relictum in l 1 *Liber III* in marg. l |*n* l — 2 *uadere* gl (coll. Vrat.) *inuadere* lcm *saltos* m — 3 *dicite* c — 4 *fines conor* o *et dignos* l (*et* [in] *dignos* coll. Vrat.) *et dignos* cm *et indignos* g *carmine* lc *carmina* gm — 6 *flammis* (a over i) l *flammis* m *flammas* gc *partus* o (*partusque* M) — 7 uersum post 37 exhibent lgc hoc loco mu_{12} v_2 *cadente* m — 9 *colchica* g *col chidanec* m — 10 *lacetum* m *strupro* m — 11 *trucis* (e over i) l *trucis* gm *truces* c — 12 *auro incendia* m — 14 *Messane* gm — 15 *flumina* lgc *fulmina* m — 16 *quia* o (*que* M) *orbem* o (*urbem* pM) — 19 *bello* m — 20 *magno* g *magnum* c — 21 *inmissumque* lm — 22 *regis* o *magno* lgc *magni* m.

quam sunt acta, loquor; Romanae gentis origo
totque duces urbis, tot bella atque otia, et omnis
in populi unius leges ut cesserit orbis,
differtur. facile est, uentis dare uela secundis
fecundumque solum uarias agitare per artes
auroque atque ebori decus addere, cum rudis ipsa
materies niteat. speciosis condere rebus
carmina uulgatum est opus et componere simplex.
at mihi per numeros ignotaque nomina rerum
temporaque et uarios casus momentaque mundi
signorumque uices partesque in partibus ipsis
luctandum est, quae nosse nimis, quid? dicere quantum est?
carmine quid proprio? pedibus quid iungere certis?
huc ades, o quicumque meis aduertere coeptis
aurem oculosque potes, ueras et percipe uoces.
impendas animum; nec dulcia carmina quaeras.
ornari res ipsa negat contenta doceri.
et si qua externa referentur nomina lingua,
hoc operis, non uatis erit; non omnia flecti
possunt et propria melius sub uoce notantur.
  nunc age subtili rem summam perspice cura,
quae tibi praecipuos usus monstrata ministrat
et certas dat in arte uias ad fata uidenda,
si bene constiterit uigilanti condita sensu.
principium rerum et custos natura latentum
quum tantas strueret moles per moenia mundi
et circumfusis orbem concluderet astris
undique pendentem in medium diuersaque membra
ordinibus certis sociaret corpus in unum,

---

23 *sitacta* l *si facta* g c *sint acta* m *loquor* l g *liquor* m — 24 *orbẹs* (i supra) l *orbes* m *orbis* g c *et otia* c *atque* ω — 31 *ac* m (L) — 32 *quorumque* (q supra) l *quorum que* m *quorum quaeque* g c *casus* om. m — 34 *quod* l *qd* g c *quid* m — 35 *quid proprio* o *quod iungere* l g *q̇d* c *quid* m — 36 *o* om. m *ceptis* c — 37 *percere* m sequitur vs. 7 in l g c — 38 *inpendas* m *animos* g *ducia* m — 40 *referuntur* g — 42 post 42 addit g: *expl. P͡F* — spatium duarum linearum in l — ante 43 in marg.: *De athlis quod sint athla et quot sint o̖ma et quas uires et que ordinē habeant* l *de fatiis quid sit atlū et quod sint ea et que nomina et quas uires et quem ordinem habeant* m — 43 |*unc* l — 44 *ministrat* o — 45 *det* l c *dat* g m — 47 *latentem* l m *latentem* (+ um supra) g *latentum* c — 50 *menbra* l g.

aeraque et terras flammamque undamque natantem
mutua in alternum praebere alimenta iuberet,
ut tot pugnantis regeret concordia causas,
staretque aeterno religatus foedere mundus,
exceptum a summa ne quid ratione maneret,
et quod erat mundi, mundo regeretur ab ipso:
fata quoque et uitas hominum suspendit ab astris,
quae summas operum partes, quae lucis honorem,
quae famam assererent, quae numquam fessa uolarent;
quae quasi per mediam mundi praecordia partem
disposita obtineant, Phoebum lunamque uagasque
et uincant stellas nec non uincantur et ipsa.
his regimen natura dedit propriasque sacrauit
unicuique uices sanxitque per omnia, summam
undique uti fati ratio traheretur in unam.
nam quodcumque genus rerum, quodcumque laborum,
quaeque opera atque artes, quicumque per omnia casus
humana in uita poterant contingere sorte,
complexa est tot et in partes, quot et astra locarat,
disposuit certasque uices, sua nomina cuique
attribuit totumque hominis per sidera censum
ordine sub certo duxit, pars semper ut eidem
confinis parti uicinis staret in aruis.
horum operum sortes ad singula signa locauit,
non ut in aeterna caeli statione manerent
et cunctos hominum pariter traherentur in ortus
ex eisdem repetita locis; sed tempore sedes
nascentum acciperent proprias signisque migrarent,
atque alias alii sors quaeque accederet astro,

52 *flammam undamque* lg *flammamque* cm — 54 *pugnantis* l *pugnantis* gm *pugnantes* c — 55 *alterno* o — 56 *summa* o — 60 *adsererent* l *adsererent* m *assererent* g — 62 *deposita* m *uagasue* m — 63 *euincunt* m *et uincunt* ω *uincetur* l *uincitur* m *uincentur* g — 65 *sane sitque* m *per* om. c *summa* o — 66 *uni* l *uti* gm *ut* c *fatum* o *unum* o — 67 *labores* m — 68 *quaecunque* g — 69 *sorte* g *sortem* ω — 70 *tot in partes* lc *tot et in* gm *quod et* lm *quot* g *uocarant* o — 71 *resposuit* o *nomina* o — 73 *eidem* gm *idem* lc — 74 *aruis* lgc *astris* m (u_1 u_2 v_2) — 76 *caelesti* c *maneret* l — 77 *traheretur* g — 78 *hisdem* lg *isdem* c *eisdem* m — 80 *alius sors* o — in marg. l signum mendae in g lacuna |||| post *alius* — *astro* o.

ut caperet genitura nouam per sidera formam
nec tamen incerto confunderet omnia motu.
sed cum pars operum, quae prima condita sorte est,
accepit propriam nascentis tempore sedem,
cetera succedunt signisque sequentibus haerent.
ordo ducem sequitur, donec uenit orbis in orbem.
has autem facies rerum per signa locatas,
in quibus omnis erit fortunae condita summa,
utcumque aut stellae septem laeduntue iuuantue,
cardinibusue mouet diuina potentia mundi,
sic felix aut triste uenit per singula fatum.
talis et illius sors est speranda negoti.
haec mihi sollemni sunt ordine cuncta canenda
et titulis signanda suis rerumque figuris,
ut pateat positura operum nomenque genusque.
  fortunae sors prima data est. hoc illa per artem
censetur titulo, quia proxima continet in se
fundamenta domus dominoque haerentia cauta,
qui modus in seruis, qui sit concessus in aruis,
quamque datum magnas operum componere moles,
ut uaga fulgentis concordant sidera caeli.
post hinc militiae locus est, qua quicquid in armis
quodque peregrinas inter uersantibus urbes
accidere assueuit, titulo comprenditur uno.
tertia ad urbanos statio est numeranda labores.
hoc quoque militiae genus est ciuilibus actis
compositum fideique tenet parentia uincla,
format amicitias et saepe cadentia frustra
officia, et cultus contingant praemia quanta,
edocet; appositis cum mundus consonat astris.
iudiciorum opus in quarto natura locauit
fortunamque fori; fundentem uerba patronum

---

82 *mundo* (+ motu) l *modū* m — 83 *parte est* l g c *arte est* m — 86 *in orbe* o — 87 *has* o *aut* m *locatas* o — 88 *fortunae* g *fortuna et* ω — 89 *ut cum stellae* VII l c *ut fit cum* g *utcunque* m — 90 *mouent* l g c *mouet* m — 92 *illius* o *nego* m — 95 *cauenda* m — 98 *dominoque* o *cauta* o — 99 *qis sit* l *quis sit* g c *qui sit* m *concensus* c — 100 *quamque* o — 101 *fulgentes* g — 103 *quaeque* g l c *quoque* m — 104 *accipere* o *adsueuit* l c *comprehenditur* m — 105 *est* om. m — 106 *Hoc que* m — 110 *adpositis* l c *adpossitis* m *appositis* g — 112 *fortunamque* g *fortunaque* ω *fudentem* m *fuidentem* c.

pendentemque reum lingua rostrisque loquentem
impositum et populo nudantem condita iura
atque expensa sua soluentem iurgia fronte,
cum iudex ueri nihil amplius aduocat ipso.
quicquid propositas inter facundia leges
efficit, hoc totum partem concessit in unam
atque, utcumque regunt dominantia sidera, paret.
quintus coniugio gradus est per signa dicatus
et socios tenet et comitatus; hospitis una
icitur et similis coniungens foedus amicos.
in sexta diues numeratur copia sede,
atque adiuncta salus rerum, quarum altera, quanti
contingant usus, monet, altera, quam diuturni;
sidera ut inclinant uires et templa gubernant.
septima censetur saeuis horrenda periclis,
si male subscribunt stellae per signa locatae.
nobilitas tenet octauam, qua constat honoris
conditio et famae modus et genus et speciosae
gratia praetextae. nonus locus occupat omnem
natorum sortem dubiam patriosque timores
omniaque infantum mixta nutricia turba.
huic uicinus erit, uitae qui continet actum,
in quo sortimur mores, et qualibus omnis
formetur domus exemplis, quoque ordine certo
ad sua compositi discedant munera serui.
praecipua undecima pars est in sorte locata,
quae summam nostri semper uiresque gubernat,
quaque ualetudo constat, nunc libera morbis,
nunc oppressa, mouent ut mundum sidera cumque.
non aliast sedes, tempusue genusue medendi

---

113 *rostrisque loquentis* o — 114 *inpositum* m *imposita* ω — 117 *quidquid* m — 119 *gerunt* o *manent* c *parent* ω — 120 *ducatus* o — 121 *tenet et* l g *et* om. m *comites hospitis* l c *committem hospitis* m *comitantes* g — 122 *iungitur* o — 125 *contingat* c — 127 *censentur* o (*censetur* coll. L. m) — 129 *quo* o — 130 *speciosus* (+o) l *speciosus* g *specioso* c m — 131 *praetexto* o — 132 *Fatorum* l g c (l *F* in rasura) *Gratorum* m *dubia* m — 133 *intrantum* o — 135 *sortiū rumores* o *aequalibus* o (*r* in marg. l g) — 136 *exemplis* (b) *domus* (a) g *queque* m — 137 *composita* g c — 139 *sumam* m *uir estque* m *gubernant* o — 140 *quaeque ualitudo* l g c *quae ualetudo* m — 141 *opressa* m *mouent et* l g c *mouente mundum* m — 142 *alias sedes* o.

quae sibi deposcat, uel cuius tempore praestet
auxilium et uitae sucus miscere salubris.
ultimus et totam concludens ordine summam
rebus apiscendis labor est, qui continet omnis
uotorum effectus, et quae sibi quisque suisque
proponit studia atque artes, haec irrita ne sint,
seu ferat officium nutus blanditus in omnis,
aspera siue fora per litem iurgia temptet,
fortunamue petat pelago uentisque sequatur,
seu Cererem plena uincentem credita messe,
aut repetat Bacchum per pinguia musta fluentem;
hac in parte dies atque hac momenta dabuntur;
si bene conuenient stellae per signa sequentes.
quarum ego posterius uires in utrumque ualentis
ordine sub certo reddam, cum pandere earum
incipiam effectus; nunc ne permixta legentem
confundant, nudis satis est insistere membris.
 et quoniam certo digestos orbe labores
nominaque in numerum uiresque exegimus omnis, —
athla uocant Grai, quae cuncta negotia rerum
in genera et partes bis sex diuisa cohercent, —
nunc, quibus ascendant signis quandoque, canendum est.
perpetuas neque enim sedes, eademue per omnis
sidera nascentis retinent, sed tempora mutant
nunc huc nunc illuc signorum mota per orbem,
incolumis tamen ut maneat, qui conditus ordo est.
ergo age, ne falsa uariet genitura figura,

144 *sucus* o *miserere* o *salubris* o — 146 *aṣpiciẹndis* l *aspiciendis* m *apicendis* g c *omnis* m — 148 *inrita* m — 149 *om̄s* l g c *uirtus blanditus nominis* m — 152 *plenā* m *messe* o — 153 *bacchum* m *bachum* ω *multa* m — post 153 spatium quatuor linearum in l: manus recens inscripsit vss. 10—16 ex libro IV addito signo ·; in m: *quomodo fortunae locus inueniatur.* Tum sequuntur vss. 175 et 176 — 154 *haec* o — 156 *ualentis* o — 157 *compandere* m *rerum* o — 158 *affectus* m — post 159 in l unius lineae spatium relictum — iuxta 160 l: *Quom̄ athla p signa scribantur* (it. c) ante 160 m: *Quomodo ad aper signa de sonibs ammri* (u_1 u_2 v_2) uersus instar scriptum: additum signum ·; lemma fuisse indicat — 160 *certo* om. l — 161 *omnes* o — 162 *grai quae* o — 163 *partis* (e supra) l *partis* g m *partes* c *coherent* l g *cohaerent* m — 165 *om̄s* l g c *omnis* m *nascentis* o *retinet* o *mutat* o — 166 *tempora* o — 168 *incolŏmis* l *incolomis* m *maneaṇt* l — 169 *uaria* o.

si sua quemque uoles reuocare ad signa laborem,
fortunae conquire locum per sidera cuncta.
quae primum pars est numerosis dicta sub athlis.
qui tibi cum fuerit certa ratione repertus,
cetera praedicto subeuntibus ordine signis
coniunges, teneant proprias ut singula sedes.
et ne forte uagus fortunae quaerere sedem
incipias, duplici certam ratione capesse.
cum tibi nascentis percepto tempore forma
constiterit caeli, stellis ad signa locatis,
transuerso Phoebus si cardine celsior ibit,
qui tenet exortum, uel qui demergit in undas,
per tempus licet affirmes natum esse diei.
at si subiectis senis fulgebit in astris
inferior dextra laeuaque tenentibus orbem
cardinibus, noctis fuerit per tempora natus.
haec tibi cum fuerint certo discrimine nota,
tunc, si fonte dies nascentem exceperit alma,
a sole ad lunam numerabis in ordine partes
signorum, ortiuo totidem de cardine duces,
quem bene partitis memorant horoscopon astris;
in quodcumque igitur numerus peruenerit astrum,
hoc da fortunae; iunges tunc cetera signis
athla suis certo subeuntibus ordine cunctis.
at cum obducta nigris nox orbem texerit alis,
si quis erit, qui tum materna excesserit aluo,
uerte uias, sicut naturae uertitur ordo.
consule tum Phoeben imitantem lumina fratris
semper et in proprio regnantem tempore noctis,
quotque ab ea Phoebus partes et signa recedit,
tot numerare iubet fulgens horoscopus a se;

---

170 *uoleṇs* l *uolens* m *uoles* g c *labore* o — 172 *primum* o *pars* o *numerosis* o — 173 *quae* g — 174 *praedictā*° l — ante 176 spatium unius lineae in l, in margine: *Quom*° *fortunae locus in ueniatur* (m ante 176) — 176 |*t ne* l |*ti* m — 177 *duplicem ccrta* ω *duplici certa* m *capesce* l c — 178 *temporae* l — 179 *constiterint* g *caela* m — 180 *sic* m — 181 *imas* c — 182 *aḍfirmes* (t sup.) l *adfirmes* m — 183 *ac* m *seuiṣ* l *fẹuis* g *seuus* m *fulgeuit* m — 184 *leuaque* o — 185 *natǐs* l *natis* m 188 vs deest in l g c, est in m u_1 u_2 et in V. 2 qui tamen *in* omittit — 189 *totidem ortiuo* m — 191 *agitur* l — 194 *Adcum* m — 195 *materno* o — 196 *natura euescitur* m — 199 *quoque* o — 200 *fulgens* om. l g c habet m.

hunc fortuna locum teneat subeuntibus athlis,
ordine naturae sicut sunt cuncta locata.
forsitan et quaeras agili rem corde notandam,
qua ratione queas in tali tempore nati
exprimere inmenso surgentem horoscopon orbe.
quod nisi subtili uisum ratione tenetur,
fundamenta ruunt artis, nec consonat ordo,
cardinibus quoniam falsis, qui cuncta gubernant,
mentitur faciem mundus, nec constat origo,
flexaque momento uariantur sidera templi.
sed quanta effectu res est, tam plena laboris
cursibus aeternis mundum per signa uolantem,
ut totum lustret curuatis arcubus orbem,
exprimere et uultus eius componere certos
ac tantae molis minimum deprendere punctum,
quae pars exortum uel quae fastigia mundi
aut ferat occasus, aut imo sederit orbe.
nec me uulgatae rationis praeterit ordo,
quae binas tribuit signis surgentibus horas
et paribus spatiis aequalia digerit astra,
ut parte ex illa, qua Phoebi coeperit orbis,
discedat numerus summamque accommodet astris,
donec perueniat nascentis tempus ad ipsum,
atque ubi substiterit, signum dicatur oriri.
sed iacet obliquo signorum circulus orbe,
atque alia inflexis oriuntur sidera membris,
ast illis magis est rectus surgentibus ordo,
ut propius nobis aliquod uel longius astrum est.
uix finit luces cancer, uix bruma reducit;
quam breuis illa iacet, tam longus circulus hic est.
libra ariesque parem reddunt noctemque diemque;
sic media extremis pugnant extremaque summis.

---

ante 203 *quo m̊ op̊ inueniatur* g idem in margine l, in textu m *(hopus)* — 204 *natalis* o (*quias natalis* corr. ex *quie asnatalis* m) — 205 *inmenso* o — 206 *sub stellis* o — 208 *qu*ᵉ l *que* m *quae* gc — 210 *memento* m — 213 *Et* lc *ut* gm — 214 *exprimet et* o — 215 *comprendere* g — 216 *q*ᵘᵉ l — 217 *auferat* o *ima* c *imo* ω *orbē* o — 219 *orientibus* m *surgentibus* ω *oras* c — 220 *spadis* m (L) *degerit* o — 225 *orbem* m — 228 *propṛius* l *proprius* m *alqd* lgc — 229 *uix sunt* m *luces* om. m *brumare ducit* m — 230 *illa* o *longius* g *circula* m.

nec nocturna minus uariant quam tempora lucis,
sed tantum aduersis idem stat mensibus ordo.
in tam dissimili spatio uariisque dierum
umbrarumque modis quis possit credere in horas
omnia signa pari mundi sub lege manere?
adde quod incerta est horae mensura, neque ullam
altera par sequitur, sed sicut summa dierum
uertitur, et partes surgunt rursusque recedunt;
cum tamen in quocumque dies deducitur astro,
sex habeat supra terras, sex signa sub illis;
quo fit, ut in binas non possint omnia nasci,
cum spatium non sit tantum pugnantibus horis,
si modo bis senae seruantur luce sub omni.
quem numerum debet ratio, sed non capit usus.
  nec tibi constabunt aliter uestigia ueri,
ni, lucem noctemque paris dimensus in horas,
in quantum uario pateant sub tempore noris.
regulaque exacta primum formetur in hora,
quae signetque diem sedem perpendat et umbris.
haec erit, in libra cum lucem uincere noctes
incipiunt uel cum medio concedere uere.
tunc etenim solum bis senas tempora in horas
aequa patent, medio quod currit Phoebus Olympo.
is cum per gelidas hiemes submotus in austros
fulget in octaua capricorni parte biformis,
tunc angusta dies uernalis fertur in horas
dimidiam atque nouem; sed nox oblita diei
bis septem apposita, numerus ne claudicet, hora
dimidia. sic tu duodenas exit utrumque,
et redit in solidum naturae condita summa.
inde cadunt noctes, surguntque in tempora luces,

---

236 *quis sit* l *auras* o — 237 *manere* o — 238 *incertum* (a *supra* u) l — 239 *pars* o — 242 *sed* (x *supra* d) l *sed* g *sex* c m — 243 *quod* l *quod* m *sit* m *inbinas* l m — 244 *oris* c m — 246 *usu* m — ante 247 *de mensura temporum et signorum* g m (idem in margine l) — 248 *paris* (e *supra* i) l *paris* g m *pares* c *demensus* m — 249 *uano* (ri *supra* n) l — 250 *formatur* g *horas* o — 251 *signemque* l g m *segnemque* c *diem* o *sedem* o *umbras* o — 254 *tempore* o — 256 *his* l m c *is* g *hieme* o *submotus* o *astro* o — 258 *uernalis* o — 259 *dimidia* m *horta* l — 261 *dimidias* l *exi|||t* l *utrum*[q]*ue* l — 262 *natura* m.

donec ad ardentis pugnarunt sidera cancri,
atque ibi conuersis uicibus mutantur in horas
brumalis, noctemque dies lucemque tenebrae
hibernam referunt alternaque tempora uincunt
nunc huc nunc illuc gradibus per sidera certis
impulsae; quarum ratio manifesta per artem
collecta est uenietque suo per carmina textu.
atque haec est illas demum mensura per oras,
quas rigat aestiuis grauidus torrentibus amnis
Nilus et erumpens imitatur sidera mundi
per septem fauces atque ora fugantia pontum.
nunc age, quot stadiis et quanto tempore surgant
sidera quoque cadant, animo cognosce sagaci,
ne magna in breuibus pereant compendia dictis.
nobile lanigeri sidus, quod cuncta sequuntur,
dena quater stadia exoriens, duplicataque ducit
cum cadit; atque horam surgens eiusque trientem
occupat; occiduus geminat; cum cetera signa
octonis crescunt stadiis orientia in orbem
et totidem amittunt gelidas uergentia in umbras.
hora nouo crescit per singula signa quadrante,
tertiaque in quinas pars si diducitur eius.
haec sunt ad librae sidus surgentibus astris
incrementa; pari momento damna trahuntur,
cum subeunt orbem rursusque a sidere librae
ordine mutato paribus per tempora uersa
momentis redeunt. nam per quot creuerat astrum
lanigeri stadia aut horas, tot libra recedit;
occiduusque aries spatium tempusque cadendi
quod tenet, in tantum chelae consurgere persistant.

---

264 *ardentes* (i superscr.) l *ardentis* ω — 265 *ibi* m *ubi* ω *uisibus* (r superscr.) l *haras* (o superscr.) l — 266 *brumalis* (e superscr.) l *brumales* c *brumalis* gm — 269 *inpulsae* g — 271 *illa demum est* lgc om. *est* m *hora*(s superscr.) l *horas* gc *hora* m — 272 *esti nis* m *gradibus* o — 275 *qd* (t superscr.) l *quod* cm *quot* g — 277 *careant* o — 279 *duplicat atque* m — 281 *occidusis* (us superscr.) l *occidus* m *occiduus* go — 283 *admittunt* o *gelida uergentia* m *gelidasque rigentia* ω — 285 *in quarta parte* o *siducitur* lmc *sic ducitur* g — 288 *ad sidera* o — 290 *quod* (t superscr.) l *quod* ω sequitur in l: *denique si non est fati cur traditur ordo* IV. 106 — 292 *occidusque* m *canendi* (+ oriendi superscr.) lg *oriendi* (+ oriendi superscr.) c *cadendi* m — 293 *perstat* o.

eius in exemplum se signa sequentia uertunt.
haec ubi constiterint uigilanti condita mente,
iam facile est sic, quod quandoque horoscopet astrum,
noscere, cum liceat certis surgentia signa
ducere temporibus propriisque adscribere in horas
partibus, ut ratio signis ducatur ab illis,
in quis Phoebus erit, quorum mihi reddita summa est.
  sed neque per terras omnis mensura dierum
umbrarumque eadem est, simili nec tempora summa
mutantur; modus est uarius ratione sub una.
nam qua Phrixei ducuntur uellera signi
chelarumque fides iustaeque examina librae,
omnia consurgunt binas ibi signa per horas,
quod medius recto praecingitur ordine mundus
aequalisque super transuersum uertitur axem.
illi perpetua iunguntur pace diebus
obscurae noctes; aequo stat foedere tempus;
nec manifesta patet falsi fallacia mundi,
sed similis simili toto nox redditur anno.
omnibus autumnus signis, uer omnibus unum,
una quod aequali lustratur linea Phoebo.
nec refert tunc, quo Phoebus decurrat in astro,
litoreumne coquat cancrum contrane feratur,
sideribus mediis an quae sunt quattuor inter.
quod quamquam per tris signorum circulus arcus
obliquus iaceat, recto tamen ordine zonae
consurgunt supraque caput subterque feruntur
et paribus spatiis per singula lustra resurgunt,
ac bene diuiso mundus latet orbe patetque.
at simul ex illa terrarum parte recedas,

---

294 *uersis* o — 295 *tibi* l — 296 *si quod* o *horosco per* m — 297 *nosceret* m *signa* m *signis* ω — 298 *propriasque* o *ascribere* g *adsc.* ω — 300 *quos* o *quarum* o *mihi* om. g — ante 301 *de inclinacionibus mundi* g m in marg. l — 301 *omnis* o *ratione* o — 304 *numquam* l m *nū* $\overset{a}{q}$ c *nunq* g *frixei* g *phrixei* l c m — 306 *sibi* o — 307 *quod* o — 309 *illà* g *illi* ω *iungentur* m *iungantur* ω — 310 *obscurare* m *foere* m — 312 *nec* o *anno* o — 313 *acuminis* m — 315 *referẹt* l *resque et* m *quoḍ* l *decurat* m — 316 *littoreumue* g *litoreum uecoquat* l *uequoquat* m — 317 *medis* m *sint* o — 318 *tr*$\overset{e}{i}$*s* l *tris* ω — 319 *obliquos* o *ordinae* m — 320 *terrasque* o — 323 *A*$\overset{t}{d}$ l *adsimilis* m.

quicquid ad extremos temet praeuerteris axes
per conuexa graui gressu uestigia terrae,
quam tereti natura solo decircinat orbem
in tumidum et mediam in mundo suspendit ab omni:
ergo ubi conscendes orbem scandesque rotundum,
degrediere simul; fugiet pars altera terrae,
altera reddetur; sed quantum inflexerit orbis,
tantum inclinabit caeli positura uolantis,
et modo quae fuerant surgentia limite recto
sidera curuato ducentur in aethera tractu,
atque erit obliquus signorum balteus orbe,
qui transuersus erat; statio quando illius una est;
nostrae mutantur sedes; ergo ipsa moueri
tempora iam ratio cogit uariosque referre
sub tali regione dies, cum sidera flexo
ordine conficiant cursus obliqua malignos,
longius atque aliis aliud propiusue recumbat.
pro spatio mora magna datur. quae proxima nobis
consurgunt, longos caeli uisuntur in orbes,
ultima quae fulgent, celeris merguntur in umbras.
et quanto ad gelidas propius quis uenerit arctos,
tam magis effugiunt oculos brumalia signa,
uixque ortis occasus erit. si longius inde
procedat, totis condentur singula membris
tricenasque trahent conexo tempore noctes
et totidem luces adiment. sic parua dierum

324 *ad* (+ab) *extremos tenet* (+mo) *preuecteris* (+emet) l *ad extremos tenet preuecteris* m (L) *ab extremo temet praeuecteris* g c *axe* o — 325 *gradus gressum* l g c *grauis gressum* m (u_1 u_2 v_2) *uestigia* l g *fastigia* m (u_1 v_2) — 326 *tere ti natura* l *teret inatura* m *solo* o — 327 *ad* (b) l *ab* g c *ad* m *omni* l g c *omi* m (L) — 328 *Erubi* (go) l *consedes* o *scandensque* l *scandesque* m *scandensque* g c — 329 *degrediere* g *digrediere* l c m (L) — 330 *reddetur* l g *redditur* m *orbe* o — 331 *inclinauit* o — 332 *limitet octo* l c *limiter octo* m *limitis octo* g — 333 *curuator* m *ducuntur* l (Vrat.) m (L)) *ducentur* g c — 334 *oblituus* m *obliquus* ω — 335 *spatio* o — 337 *nam* l c *nec* g *iam* m — 340 *proprius uere cumbat* m — 342 *orbis* (e) l *orbes* c *orbis* g m — 343 *ultimaque et fulgent* l m *quae fulget* g *quae et f.* c *celeris* o *umbras* m *umbris* ω — 344 *quanto* g *quando* ω — 345 *efficiunt* (e) l *efficiunt* g m *officiunt* c *oculos* m *oculis* l g c — 346 *ortus* o — 347 *procedat* o — 348 *tricinasque* (e) l *tricinasque* m *trahent* l m *trahet* g c *connexa* l *conuexa* c *connexo* g m.

efficitur mora et attritis consumitur horis.
paulatimque perit statio fulgentibus astris;
pluraque per partes subrupto tempore signa
quaerentur medio terrae celata tumore
abducentque simul Phoebum texentque tenebras,
mensibus ereptis donec sit debilis annus.
si uero natura sinat sub uertice caeli,
quem gelidus rigidis fulcit compagibus axis,
aeternas super ire niues orbemque rigentem
prona Lycaoniae spectantem membra puellae,
stantis erit caeli species, laterumque meatu
turbinis in morem recta uertigine curret.
inde tibi obliquo sex tantum signa patebunt
circuitu nullos umquam fugientia uisus
sed teretem acclini mundum comitantia semper.
hic erit una dies per senos undique menses
dimidiumque trahens contextis lucibus annum;
numquam erit occiduus quod tanto tempore Phoebus,
dum bis terna suis perlustrat cursibus astra,
sed circumuolitans recto uisetur ab axe.
at simul e medio praeceps descenderit orbe
inferiora petens deiecto sidera cursu
et dabit in pronum laxas effusus habenas,
per totidem menses iunget nox una tenebras
uertice sub caeli. nam quisquis spectat ab axe,
dimidium e toto mundum uidet orbe rotundi,
pars latet inferior; neque enim circumuenit illum
recta acies mediaque tenus distinguitur aluo;
effugit ergo oculos summo spectantis ab orbe,
dum sex submersis uectatur Phoebus in astris

---

350 *officitur* l *attricis* l *atrictis* m *oris* m — 351 *spatio* o — 352 *partis* (e over i) l *partis* g m *partes* c *subruto* (p over u) l *sub rupto* m *subrupto* ω — 353 *quaeruntur* l g m *medio tempore* l g m *Tempore quaeruntur* c *timore* o — 354 *adducentque* o — 355 *eruptis* o — 358 *regentem* (i over e) l — 359 *Prima* (+ prona) l g *prona* (+ prima) c *prona* m — 360 *meatum* l c *meatu* g m — 361 *currit* o — 362 *obliquosex* l *obliquos ex* m *patebit* l g c *patebunt* m — 363 *circum nullo sum quam* m — 364 *terentem* l m *acclini* l g *aedini* m *accliui* c — 367 *occidius* l — 369 *uersetur* (a over e) l *uersetur* m *uersatur* g c *orbe* o — 370 *Ad* (t over d) l *orbe* l g c om. uersum m *descenderit* l g c — 372 *dabit* o — 373 *tenebris* l m — 374 *ab omni* o — 375 *et toto* o *rotundi* o — 377 *mediamque* l *mediaq.* ω *descingitur* m — 378 *spectantes* m.

adducitque simul luces tenebrasque relinquit
sideribus, donec totidem quot mensibus actis
cesserat unde, redit geminasque ascendit ad arctos.
hic locus in binas annum noctesque diesque
per duo partitae dirimit diuortia terrae.
  et quoniam quanto uarientur tempora motu
et quibus e causis, dictum est, nunc accipe, signa
quot surgant in quoque loco cedantque per horas,
partibus ut prendi possint orientia certis,
ne falsus dubia ratione horoscopos erret.
atque hoc in totum certa sub lege sequendum est;
singula quod nequeunt per tot distantia motus
temporibus numerisque suis exacta referri,
a me sumat iter; positum sibi quisque sequatur
perque suos tendat gressus; mihi debeat artem.
quacumque hoc parte in terrarum quisque requiret,
deducat proprias noctemque diemque per horas,
maxima sub cancro minimis quae cingitur umbris;
et sextam summae, fuerit quae forte, diurnae
uicino tribuat post cancri templa leoni;
at quae nocturnis fuerit mensura tenebris,
in totidem partes simili ratione secanda est,
ut, quantum una ferat, tantum tribuatur ad ortus
temporis auerso nascenti sidere tauro;
has inter quasque accipiet Nemeaeus in horas
quod discrimen erit, per tris id diuide partes,

381 *qđ* c *iactis* m — 382 *unde* o *redit* m *regit* ω — 384 *partite* m — 385 *uariantur* o ante 385 *Quomodo in omni inclinatione mundi opus inueniatur* g m *(hopus)* — 385 |*t* l *quinto* o — 386 *e quibus* m *et quibus* l g — 387 *quod* g m *quot* l c — 389 *horoscopos* o *herret* g — 392 *referre* c — 393 *quique* m — 395 *hoc parat iter rarum* l *hoc para terrarum* m *parte* g *parati* c — 396 *deducat* o — 398 *fuerint* o — post 399 g in marg.: *Hiatus * ad hoc signum* — c in marg.: *hic male est ordinata locutio sed siuis eius ordinem rectum repperire memento eum per ordinem alfabeti quaerere quo eum denotauimus post hunc enim Uicin otribuat p. c. t. l. debet quem inueneris post sex folia B littera denotatum, uidelicet istum at q. nocturnis f. mat.* — idem l in marg. (Vrat.); Cusanum sua ex Lipsiensi descripsisse numerus foliorum docet. in m omnia recte — 400 *Atq*ue< l *atque* m *atquae* g c — 402 *tribuantur* l *tribuantur* m *tribuatur* g c — 403 *aduerso* o *nascenti sidere* c 404 405 406 om. m — 404 *nemeus* l g c *horas* l g c — 405 *tris partis* g *tris partis* l *tres partes* c.

tertia ut accedat geminis, quae tempora tauri
uinciat, atque eadem cancro, similisque leoni.
sic erit ad summam ratio perducta priorem,
quam modo diuisis Nemeaeus duxerat horis.
inde pari uirgo procedat temporis auctu.
sed certa sub lege, prioris semper ut astri
incolumem seruent summam crescantque nouando.
his usque ad chelas horarum partibus auctis
per totidem a libra decrescent sidera partes,
et quantis in utrumque modis tollentur ad ortus,
diuersam in sortem tantis mergentur ad umbras.
haec erit horarum ratio ducenda per orbem,
illa et quot stadiis oriantur quaeque cadantque.
quae cum ter centum numeris uicenaque constent,
detrahitur summae tota pars, quota demitur usque
omnibus ex horis aestiuae nomine noctis,
solstitium summo peragit cum Phoebus Olympo;
quodque his exsuperat demptis diducito in aequas
sex partes sextamque ardenti trade leoni;
rursus qui steterit numerus sub nomine lucis,
eius erit signo tauri pars illa dicanda;
quodque hanc exsuperat partem, superatur ab illa
distinguitque duas medio discrimine summas,
tertia pars eius numero superaddita tauri
tradetur geminis. simili tunc cetera lucro
procedent numeros semper tutata prioris
augebuntque nouo uicinas munere summas,
donec perueniant ad iustae sidera librae.

---

406 *tauro* o — 407 *uincat* lm — 408 *summa* l *perducta* lgm *deducta* c — 409 *quo modo* o *nemea si* o *duxerit* o — 410 *actu* o — 411 *ut astris* lm *in astris* gc — 412 *seruet* o *crescensque* o — 413 *addenas* lm *ad denas* gc — 414 *librae* o — 415 *in* om. m — 416 *mergentis* m — 418 *illa quod* o *standis* o — 419 *trecentis* (+ tum) l *trecentum* gc *tercentum* m *numerus* (i) l *numerus* m *numeris* gc *uicinaque* o — 420 *detrahitur* o *quota demit|||* l *quota demit* gc *quod ademitur* m *utque* lgm *utrumque* c — 422 *peragat* o — 423 *exsuperat* m *id ducito* g *id ducit* ω — 425 *numine* o *noctis* o — 427 *quotque* g *exuperat* m *superatur* o — 429 *numerum* l *numerum* m *numero* gc — 430 *traditur et g.* lgc *traditur g.* m — 431 *procedent* m *procedunt* ω *prioris* (e) l *prioris* gm — 432 *nouem* o *numero* lc *munero* m *munera* g — 433 *perueniet* m *perueniant* ω.

ex illa totidem per partes sic breuiantur
lanigeri ad fines, conuersaque omnia lege
accipiunt perduntque paris cedentia sortes.
haec uia monstrabit stadiorum ponere summas
et numerare suos ortus per sidera cuncta.
quod bene cum propriis simul acceptaueris horis,
in nulla fallet regione horoscopus umquam,
cum poterunt certis numerari singula signa
temporibus parte ex illa, quam Phoebus habebit.
nunc quibus hiberni momentis surgere menses
incipiant, neque enim paribus per sidera cuncta
procedunt gradibus, niuei dum uellera signi
contingunt aequum luces cogentia et umbras
ferre iugum, magna est ratio breuiterque docenda.
principio capienda tibi est mensura diei,
quam minimam capricornus agit noctisque per horas
quam summam; quoque ad iustas superauerit umbras
et trepidet luces, eius pars tertia signo
tradenda est medio semper; qua sorte retenta
dimidio uincat primum, uincatur et ipsum
extremo. totum in partes ita digere tempus.
his opibus tria signa ualent; sed summa prioris
accedat numeri, coniuncta sequentibus astris
cesserit; ut, ternis fuerit si longior horis
brumalis nox forte die, capricornus et hora
dimidia attollat luces, et aquarius horam
ipse suam proprie ducat summaeque priori
adiungat; pisces tantum sibi temporis ipsi
constituant, quantum accipiant de sorte priorum,
et tribus expletis horis noctemque diemque
lanigero tradant aequandam tempore ueris.
incipit a sexta tempus procedere parte

436 *pares* o — 437 *monstrabit* g *monstrauit* ω *pondere* c — ante 443 in marg. l: *de accessionibus tēporū et* ^{de}*accessionibus,* m ante 443 *(desessionibus)* — 443 *hibernis* l — 444 *incipiam* lm — 446 *contingant* m *contingunt* ω *lucis* o — 449 *horam* o (*noctis*|| *per horam* g c) — 450 *ad iusto* o *horas* c *umbras* ω — 451 *trepident* o — 454 *in* om. g *d*^{i}*egere* l — 456 *accedit* o — 458 *brumali* o *in hora* o — 459 *dimidiam* l — 461 *ipsae* g *ipse* lcm — 462 *accipiant de sede prioris* m — 463 *e tribus* m — 465 *par te* l *par tēpus* m.

diuiduum duplicant uires haerentia signa,
ultimaque acceptas triplicant. ita summa diebus
redditur, aequatae soluuntur faenore noctes,
rursus et incipiunt propria de sorte diebus
cedere diuersa labentia tempora lege.
namque aries totidem deducit noctibus horas,
quot prius abstulerant proprio sub nomine pisces.
hora datur tauro, cumulentque ut damna priora,
dimidiam adiungunt gemini. sic ultima primis
respondent pariterque illis, quae proxima fulgent,
et media aequatis censentur uiribus astra
praecipuosque gerunt uarianda ad tempora motus.
hac uice discedunt noctes ad sidera brumae,
tolluntur que dies, annique inuertitur orbis,
solstitium tardi cum fit sub sidere cancri;
tuncque diem brumae nox aequat, tempora noctis
longa dies similisque redit, quam creuerat actu.
illa etiam poterit nascens uia ducere ad astrum,
quod quandoque uadis emissum redditur orbi.
nam quota sit lucis, si luce requiritur, hora,
aspicies atque hunc numerum reuocabis in ipsum
multiplicans deciens adiectis insuper eisdem
quinque tamen summis; quia qualicumque sub hora
ter quinas mundi se extollunt sidera partes.
hic ubi constiterit numerus, coniungere et illas,
quae superent Phoebo partes per signa, memento.
ex hac tricenas summa per sidera partes
distribues primamque uicem, quo Phoebus in astro
fulserit, inde aliis, solem quaecumque sequentur.
tum quo subsistet numerus consumptus in astro,

466 *triplicant* o *arentia* o — 467 *duplicant* o — 468, 469 post 474 in o — 470 *labantia* (e supra) l — 472 *quod* (t supra) l *quod* m *quot* g c — 473 *cumuletque* o — 474 *gemini* g *geminis* ω — 477 *tem pa* l — 478 *hec* (a supra) l *haec* m *discedunt* o *ad sidera* o (*sidorab*; *rŏmae* m) — 481 *tuncque* o — 482 *quam* o — ante 483 *altera ratio inueniendi horam* g m l (in marg.) — 483 *austrum* l c — 486 *aspicies* o — 487 *multiplica . .* g *multiplicatis* l *multiplicans* c m *dece||* g *decens* l c m *hîsdem* l c m *iisdem* g — 488 *sumus* (is supra) l *sumis* c *summis* g m — 489 *sex tollunt* o — 490 *coniunges* (i supra) *et* l *coniungis et* g c *coniunges et* m — 491 *momenta* o — 492 *summas* o *partis* m — 495 *tum quo* g m *cum quo* l c.

quaue in parte suam summam numerumque relinquet,
haec erit exoriens. et par sit norma per ignes.
contineas partes. ubi summam feceris unam,
tricenas dabis ex illa per singula signa,
donec deficiat numerus; quaque ille sub astris
parte cadet, credas illam cum corpore natam
esse hominis pariterque orbem uidisse per ignes.
sic erit ipse tibi rapidis quaerendus in astris
natalis mundi certoque horoscopus ortu,
ut cum exacta fides steterit sub cardine primo,
fallere non possint summi fastigia caeli,
non seri te obitus, stent fundamenta sub imo,
stent ueri stellarum obitus, uerique sub ortus
sideraque in proprias uires sortesque recedant.
nunc sua reddentur generatim tempora signis,
quae diuisa etiam proprios ducuntur in annos
et menses lucesque suas horasque dierum,
per quos praecipuas ostendunt singula uires.
primus erit signi, quo sol effulserit annus,
annua quod lustrans consumit tempora mundum.
proximus atque alii subeuntia signa sequuntur.
luna dabit menses, peragit quod menstrua cursum.
tutelaeque suae primas horoscopos horas
asserit atque dies traditque sequentibus astris.
sic annum mensesque suos natura diesque
atque ipsas uoluit numerari signa per horas,
omnia ut omne foret diuisum tempus in astra
perque alterna suos uariaret sidera motus,
ut cuiusque uices ageret redeuntis in orbem.

---

496 *numerique* o *reliquit* o — 497 *et pars et forma* o — 498 *contineat* o *summa* lcm *summam* g *fecerit* o *unum* lcm *unam* g — 500 *quamque* lg *quae* m *illa* cm *astris* o — 501 *cadet* o — 504 *horoscopus* o — 505 *ex hac* o *fides* (+ sedes) l *sedes* c *fides* gm *stieterit* g — 506 *possit* o — 507 *feret oblitus* lc *ferret* g *oblitus* c *nosceret oblitus* m *sub uno* gc — 508 *stant* (e) l *sint* m *stent* gc *ortus* o *subortus* o — 509 *denaque in* o — ante 510 *cuius signi quisque annus aut mensis aut dies aut ho* . . . g *(hora sit)* m in marg. l — 511 *quiq* l *quique* m *quae* gc — 513 *per quos* o — 515 *annum* o *tempa* l *mundi* lgc *mundum* m — 516 *atque illis* lgc *aliis* m *secuntur* m — 517 *quo*[d] l — 518 *horoscopus* c *horoscopos* ω — 519 *adserit* (s) l *adserit* m *asserit* gc *que* om. lm — 520 *suos* g *tuos* ω — 521 *numerandi* o.

idcirco tanta est rerum discordia in aeuo,
et subtexta malis bona sunt, lacrimaeque sequuntur
uota, nec in cunctos seruat fortuna tenorem;
usque adeo permixta fluit nec permanet usquam
amisitque fidem uariando cuncta per omnis.
non annis anni nec menses mensibus usque
conueniunt, seque ipse dies aliumque requirit,
horaque non ulli similis producitur horae,
tempora quod distant propriis parentia signis
per numeros omnis aeui diuisa uolantis,
talisque efficiunt census casusque minantur,
qualia sunt, quorum uicibus tum uertimur, astra.
  sunt, quibus et caeli placeat nascentis ab ortu,
sidere, quem memorant horoscopon inventuros
parte quod ex illa describitur hora diebus,
omne genus rationis agi per tempora et astra,
et capite ex uno menses annosque diesque
incipere atque horas tradique sequentibus astris;
et quamquam socia nascantur origine cuncta,
diuersas tamen esse uices, quod tardius illa,
haec citius peragant orbem. uenit omnis ad astrum
hora die, bis mense dies, semel unus in anno
mensis et exactis bis sex iam solibus annus.
difficile est in idem tempus concurrere cuncta,
unius ut signi pariter si mitior annus,
asperioris agat mensem; si mensis in astrum

525 *tantum rerum* l *tanta rerum* m — 526 *sequntur* m — 528 *usque* lm *usquam* gc — 529 *omn*[e]*is* l *omnis* gm *omnes* c — 530 *ann' anni*[s] l *annus annis* gc *annis anni* m *usquam* g — 531 *ipsa* o *requir*[i]*et* l *requiret* ω — 532 *non ulli* g *non nulli* lc *nonulli* m — 533 *quod* o *sistant* o — 534 *omn*[e]*is* l *omnes* c *uolant*[e]*is* l *uolantes* c — 535 *talesque* o *menses* o *aminantur* m — 536 *dum* c — ante 537 *cuius signi quisque annus sit* g *ALTERATIO CVIVS. SIGNI. QVISQVE. ANNVS. S.* tum in sequente linea uersus instar (minusc. litt.): *Aut mensis aut dies aut hora sit* m in l spatium duarum linearum uacuum relictum, in marg.: *altera ratio cui signi quisque annus aut mensis aut hora aut dies sit* — 537 *et* om. lm *placeat* m *horae* o — 538 *quem* o *horoscopon* o — 539 *describitur* o — 540 *agi*[t] l *agi* m *agit* gc — 541 *capit* o — 542 *tradit s.* o — 543 *spacia* l *socia* m *spatia* gc *nascuntur* o — 544 *diuisus* gc — 545 *hora dieṣ* l *dies* ω — 547 *solibus annum* o — 548 *et signi pariter sit mensis et* o — 550 *agā o.*

laetius inciderit, signum sit triste diei;
si fortuna diem foueat, sit durior hora.
idcirco nihil in totum sibi credere fas est,
non annos signis, menses uertentibus annis,
mensibus aut luces, aut omnis lucibus horas,
quod nunc illa nimis properant, nunc illa morantur,
et modo deest aliis, modo adest uicibusque recedit
aut redit, atque alio mutatur tempore tempus
interpellatum uariata sorte dierum.
et quoniam docui, per singula tempora uitae
quod quandoque genus ueniat, cuiusque sit astri
quisque annus, cuius mensis, simul hora diesque,
altera nunc ratio, quae summam continet aeui,
reddenda est, quot quaeque annos dare signa ferantur.
quae tibi, cum finem uitae per sidera quaeris,
respicienda manet ratio numerisque notanda.
bis quinos annos aries unumque triente
fraudatum dabit. appositis tu, taure, duobus
uincis; sed totidem geminorum uinceris astro.
tuque bis octonos, cancer binosque trientes,
bisque nouem, Nemea, tribues bessemque sub illis;
Erigone geminatque decem geminatque trientem;
nec plures fuerint librae, quam uirginis anni;
scorpios aequabit tribuentem dona leonem;
centauri fuerint eadem, quae munera cancri;
ter quinos, capricorne, dares, si quattuor essent
appositi menses; triplicabit aquarius annos
quattuor et menses uitam producet in octo.
piscibus est aries et sorte et finibus haerens,
lustra decem tribuent solis cum mensibus octo.

551 *sitriste* g *si triste* ω — 552 *si durior* o — 554 *signis* g *signi* ω — 555 *om̄s* o — 557 *de ē alius modo* [ad] *ē* l *de est alius modo est* m *adest* gc *alius* gc — 559 *uariaṇtaṃ* l *uariatam* mc *uariata* g ante 559 *quod annos unum quodque signum tribuit* gm *quot* etc. l in marg. — 560 *duci* o — 561 *uenit* o — 564 *quod* lm *quot* gc — 567 *trientem* lgm *tenetem* c — 568 *adpositis* (p supra d) l *ad positis* m *appositis* g *apositis* c — 569 *vinci set* l *uincis et* m *uincis sed̄* gc — 571 *neme e tribues* lm *nemeę tribues* c *nemeę tribuis* g *bissemque* l — 573 *fluerint* m — 574 *scorpios* o — 575 *cọntauri* (e supra o) l *cūtauri* g *eademq*[ue] l — 576 *quatuor* *ēēt* lm — 577 *aḍpositi* (p supra d) l *ad positi* m *appositi* c *appositis* gl *triplicauit* o — 578 *quatuor* o *prọducit* o (m L) — 580 *tribuẹt* o *solis* g *soles* ω.

nec satis est annos signorum noscere certos,
ne lateat ratio finem quaerentibus aeui;
templa quoque et partes caeli sua munera norunt
et proprias tribuunt certo discrimine summas,
cum bene constiterit stellarum conditus ordo.
sed mihi templorum tantum nunc iura canentur;
mox ueniet mixtura suis cum uiribus omnis;
cum bene materies steterit percognita rerum,
non interpositis turbabitur undique membris.
si bene constiterit primo sub cardine luna,
qua redit in terras mundus nascensque tenebit
exortum, octonos decies ducetur in annos,
ni duo decedant. at cum sub culmine summo
consistet, tribus hic numerus fraudabitur annis.
bis quadragenos occasus diues in actus
solis erat, numero nisi deesset olympias una;
imaque tricenos bis fundamenta per annos
censentur bis sex adiectis mensibus aeuo.
quodque prius natum fuerit dextrumque trigonum,
hoc sexagenos tribuit duplicatque quaternos.
quod fuerit laeuum praelataque signa sequetur,
tricenos annos duplicat, tris insuper addit.
quaeque super signum nascens a cardine primum
tertia forma uenit summo iam proxima caelo,
haec ter uicenos geminat, tris abstrahit annos.
quaeque infra ueniens, spatio diuisa sub aequo
per quinquagenas complet sua munera brumas.
quemque locum superat nascens horoscopos, ille
dena quater reuocat uertentis tempora solis

ante 581 *quod annos quaeque loca tribuant* gml (*quot a*) 581 *singnorum* g — 586 *nunc tantum templorum* m *t. tantum nunc* ω — 587 *uenit* m — 588 *p. cognita* o — 589 *turbañtur* lc *turbatur* m *turbabitur* g — 591 *quo* o *credit* g *tenebat* lm *tenebit* g — 593 *ni duo* gm *si* ω *decidant* lm *ad* m — 595 *quadragenos* m *quadragenis* ω *in actus* o — 596 *solis* o *de esset* l *olimpia luna* lgc (*olimpa* m) — 597 *primuque* o — 599 *quoque* m — 601 *sequentur* o — 602 *duplicant* lcm *duplicat* g *tr^{e}is* l *tris* gm *tres* c — 604 *forma^{a} et* l *forma et* m *forma est et* gc — 605 *nec* o *tr^{e}is* l *tris* gm *abstrahit* g *abstrahat* lm *annis* m — 607 *ter* o *quinquagen^{a}os* l *complent* o *numina* c *bruma* lgc *brumas* m — 608 *horoscopus* lgc *horoscopos* m — 609 *d^{e}ona* l *dona* g *dena* cm *tempa* l.

accumulatque duos cursus iuuenemque relinquit.
at qui praecedit surgentis cardinis horam,
uicenos ternosque dabit nascentibus annos
uix degustatam rapiens sub flore iuuentam.
quod super occasus templum est, ter sena remittit
annorum spatia et summam tribus applicat auctam.
inferius puerum interimet, bis sexque peractis
immatura trahent fatales corpora morbi.
sed tamen in primis memori sunt mente notanda
partibus aduersis quae surgunt condita signa
diuisumque tenent aequo discrimine caelum,
quae tropica appellant, quod in illis quattuor anni
tempora uertuntur signis nodosque resoluunt
totumque emittunt conuerso cardine mundum
inducuntque nouas operum rerumque figuras.
cancer ad aestiuae fulget fastigia zonae
extenditque diem summum pariterque recessu
destruit et, quanto fraudauit tempore luces,
in tantum noctes auget; stat summa per omnis.
tum Cererem fragili properat destringere culmo
campus, et in uarias desudant membra palaestras,
et tepidum pelagus pacatas languet in undas.
tunc et bella fero tractantur Marte cruenta.
nec Scythiam defendit hiems; Germania sicca
iam tellure fugit, Nilusque tumescit in arua.
hic rerum status est, cancri cum sidere Phoebus

---

610 *accumulatq.* g *adc.* lm *reliquit* g — 611 *praecedit* g *praecidit* ω — 614 *temptatum est dena* lgc *temptatum est ter dena* m — 615 *decimam* lgc *decum . . .* m (om. reliqua) u_2 *auctis* lgc — 616 *interius* o *peractis* lgc *interius puerum in . . .* m (om. reliqua) u_2 — 617 *trahet* gc *trahent* l *trahant* m *natalis* o *corpore* (a supra e) l *corpore* m *eorpora* g *moris* (t supra r) l *morti* cm *morbus* g — ante 618 *quae sint triplicata signa et quas uires habeant* gl *(habeant uires)* m *(triplicia)* 618 *sed* lg — 620 *tenent* l (corr. ex *tenet*) *tenet* m — 621 *adpellant* (p supra d) l *adp.* m *app.* g — 623 *emittunt* lgc *emutant* m — 626 *paritoq.* m — 627 *et quarito* m — 628 *augit* g *omnis* (e supra i) l *omnis* gm — 629 *tunc* g *tum* m *cum* lc *propcrant* l *proporant* m *properat* gc — 630 *destringunt* lm (*destrigunt* L) *destringt* gc — 631 *et templum* m *et trepidum* ω *iactatum* o — 632 *morte* (a supra o) l *morte* m *marte* gc — 633 *scytia* lg *scythaiam* m *hiemps* l *hyemps* m *tellurem fugit* m *in auras* lgc *in aura* m — 635 *hinc* o (m L) *rerum* (iterum supra) l *rerum* m *iterum* gc *satus* (t supra a) l *situs* gc *status* m.

solstitium facit et summo uersatur Olympo.
parte ex aduersa brumam capricornus inertem
per minimas cogit luces et maxima noctis
tempora producitque diem tenebrasque resoluit
inque uicem nunc damma legit, nunc tempora supplet.
tunc riget omnis ager, clausum mare, condita castra,
nec tolerant medias hiemes sudantia saxa,
statque uno natura loco paulumque quiescit.
proxima in effectum et similis referentia motus
esse ferunt lunas aequantia signa diebus.
namque aries Phoebum repetentem sidera cancri
inter principium reditus finemque cohërcet
tempora diuiso iungens concordia mundo
conuertitque uices uictumque a sidere brumae
exsuperare diem iubet et succumbere noctes,
aestiui donec ueniant ad sidera cancri.
tunc primum miti pelagus consternitur unda,
et uarios audet flores emittere tellus.
tunc pecudum uolucrumque genus per pabula laeta
in uenerem partumque ruit, totumque canora
uoce nemus loquitur frondemque uirescit in omnem;
uiribus in tantum segnis natura mouetur.
huic ex aduerso simili cum sorte refulget
libra diem noctemque pari cum foedere ducens;
tantum quod uictas usque ad se uincere noctes
ex ipsa iubet ad brumae. tum tempora uincit,
tum Liber grauida descendit plenus ab ulmo
pinguiaque impressis despumat musta racemis.
mandant et sulcis Cererem; tum terra tepore

---

637 *aduersoͣ* l *aduerso* m *aduersa* g c *brumae* l g c m (L) — 638 *ter* g *noctes et m. luces* c — 640 *dampna* l *suplet* m — 641 *fugit* l g c *figit* m — 642 *suadantia* c — 643 *stant* l *stat quinto* m — 644 *in infectum* l g m *ī ī efectum* c *similis* g *simili* ω — 645 *ferunt luces* o — 646 *Iamque* g — 647 *cohercet* — 649 *ad sidera* l g c *a sidere* m — 650 *exsuperare* m *exuperare* l g *sub cumbere* l m — 651 *ueniat a sidere* m — 652 *tunc* g *tum* ω — 654 *tunc* o — 655 *partum* o — 657 *uiribus* o *signis* ω *segnis* g — 659 *paritur* m *partitur* ω *foedera* o *ducens* g *ducem* ω — 661 *uiuet a brumae* m *cum* m *tum* ω *uincaͥt* l *uincat* m *uincit* g c — 663 *inpressis* g m *despumant* o *inuicta* m — 664 *dum terra* o.

autumni resoluta patet, tum semina ducit.
quattuor haec et in arte ualent; ut tempora uertunt
sic hos aut illos rerum flectentia casus
nec quicquam in prima patientia sede manere.
sed non per totas aequa est uersura figuras,
omnia nec plenis flectuntur tempora signis.
una dies sub utroque aequat sibi tempore noctem,
dum libra atque aries autumnum uerque figurant.
una dies toto cancri longissima signo,
cui nox aequalis capricorni sidere fertur.
cetera nunc urgent uicibus, nunc tempore cedunt.
una ergo in tropicis pars est cernenda figuris,
quae moueat mundum, quae rerum tempora mutet,
facta nouet, consulta alios declinet in usus,
omnia in aduersum flectat contraque reuoluat.
has quidam uires octaua in parte reponunt;
sunt, quibus esse placet decimas; nec defuit auctor,
qui primae momenta daret frenosque dierum.

---

665 *tum* l c *tunc* g *cum* m (L) *ducat* (unt) l *duct̄* g *dux̄* c *ducit* m — 666 *quatuor* m *in tempora* (+ ut) l *ut* m g *et* c — 618 *ne cuiquiquam* l *nequiquam* m *ne cuiquam* g *nec quicquam* c — ante 669 *quae partes in quattuor signis tropicae sint* gl (in marg.) cm — 671 *qua dies* m — 674 *qui* l m c *cui* g *capricorme* m (L) — 675 *urguent* g c — 676 *gerdenda* (cernenda) l *gerdenda* m — 677 *que* (+ ae) l *que* m *mutent* l m — 678 *mouent* (corr. ex *mouens*) l *mouent* c m *mouens* g — 679 *flectant* l *flectant* m *flectat* g c *reuoluant* l *reuoluant* m *reuoluat* g c — 680 *quidem* l *equidem* g *quidam* m *octauat* g *octauam* m — 681 *decimas* o — post 682 *finit liber tertius incipit quartus* g (unc. atr.) M. MILNILI ASTRONOMICON LIB. III explic. INCIP. IV m (u_2).

LIBER QUARTUS.

Quid tam sollicitis uitam consumimus annis
torquemurque metu caecaque cupidine rerum
aeternisque senes curis, dum quaerimus aeuum,
perdimus et nullo uotorum fine beati
uicturos agimus semper nec uiuimus umquam?
pauperiorque bonis quisque est, quo plura requirit,
nec quod habet numerat, tantum quod non habet optat.
cumque sui paruos usus natura reposcat,
materiam struimus magnae per uota ruinae
luxuriamque lucris emimus luxuque rapinas,
et summum census pretium est effundere censum.
soluite, mortales, animos curasque leuate
totque superuacuis uitam deplete querellis.
fata regunt orbem, certa stant omnia lege,
longaque per certos signantur tempora casus.
nascentes morimur, finisque ab origine pendet.
hinc et opes et regna fluunt, et saepius orta

---

1 in marg. *Incipit* lib. IIII l (m rec) — 2 *Torquemurque* corr. ex *Torquent̄* g (littera una post *t* erasa) — 5 *ūquam* g — 6 *qui* o — in glc post vs. 9 sequuntur vss. *sic inter donsas* (IV 314) — versus 10—313 inueniuntur in libro III post 399 *unicino tribuet* etc. in marg. ad III 313 l: *Hic male est ordinata locutio: sed si uis ordinem eius rectum reperire memento eum per ordinem alfabeti quaerere quo eum denotanimus. Post hunc enim uersum uicino tribuet debet uersus ille sequi quem inueneris post sex folia B littera denotatum uidelicet istum at qui nocturnis.* idem habet c omissis verbis *versus ille sequi,* seruauit *post sex folia B littera:* sed B littera nusquam in c. inuenitur, uersus autem *at qui nocturnis* iam post quattuor columnas (binae enim septuagenorum una quaeque uersuum in quavis pagina perscriptae sunt) sequitur. apparet librarium ea uerba ex margine Lipsiensis descripsisse. — in m (u v_2) omnia recte — 12 *l^{c}auate* m — 13 *deflere* o *que ^{r}sellis* m — 15 *casus* lgm (*ad cursus* m corr.) *cursus* c — 17 *Tunc* o *ortu* o.

paupertas, artesque datae, moresque creati
et uitia et clades, damna et compendia rerum.
nemo carere dato poterit nec habere negatum
fortunamue suis inuitam prendere uotis
aut fugere instantem. sors est sua cuique ferenda.
an, nisi fata darent leges uitaeque necisque,
fugissent ignes Aeneam, Troia sub uno
non euersa uiro fatis uicisset in ipsis?
aut lupa proiectos nutrisset Martia fratres?
Roma casis enata foret, pecudumque magistri
in Capitolino sanxissent fulmina monte,
includiue sua potuisset Iuppiter arce,
captus et a captis orbis foret? igne sepulto
uulneribus uictor repetisset Mucius urbem?
solus et oppositis clausisset Horatius armis
pontem urbemque simul? rupisset foedera uirgo?
tresque sub unius fratres uirtute iacerent?
nulla acies tantum uicit. pendebat ab uno
Roma uiro regnumque orbis sortita iacebat.
quid referam Cannas admotaque moenibus arma,
postque tuos, Trasimene, lacus Fabiumque morantem
Varronemque fuga magnum, quod uiuere posset,
accepisse iugum uictae Carthaginis arces,
speratum Hannibalem nostris cecidisse catenis
exiliumque rei furtiua morte luisse?
adde etiam uires Italas Romamque suismet
pugnantem membris, adice et ciuilia bella
et Cimbrum in Mario Mariumque in carcere uictum.

---

18 *creatis* m — 19 *dam*[na] l — 20 *damno* o — 21 *pendere uobis* l *pendere* g c *prendere* m *uo†bis* m *uotis* g c — 22 *ē uacuiq.* l g c *ua cuque* m — 23 *A†d* l *ad* m *at* c *aut* g — 24 *fugissent* m *fulsissent* ω *eneam* l g c *enean* m — 25 *statis* m — 26 *aut* o *proiectus* m — 27 *et nata* g *enata* ω — 28 *auxissent* o *fulmina* g (Thomas) *flumina* ω *montes* c *montis* ω — 30 *et capitis* l c m *et captis* g — 31 *mutius* ω *iuuenis* m *orbem* m — 32 *in oppositis* l — 33 *faedera* l — 36 *uir*|| o l *iacebit* m — 38 post 39 collocant o 38 *tasimene* g *tra si mene* l *thrasimene* m *Fa*[b]*uiumque* l m — 39 *pugum* o *quam* o *possit* o — 41 *hanibalem* m — 42 *rogi* m *regi* l c *rei* g — 43 *ital*[ic]*as* [uires] *romamque* l *italicas uires* c *italas acies* m *uires italas* g — 44 *et* om. g m *adice* [et] l *adice et* c — 45 *cimbrum* l c *cimbirun* m *cymbrum* g.

quod consul totiens exul, quod de exule consul
adiacuit Libycis compar iactura ruinis
eque crepidinibus cepit Carthaginis urbem,
hoc nisi fata darent, numquam fortuna tulisset.
quis te Niliaco periturum litore, Magne,
post uictas Mithridatis opes pelagusque receptum
et tris emenso meritos ex orbe triumphos,
cum iam etiam posses alium componere Magnum,
crederet, ut corpus sepeliret naufragus ignis,
eiectaeque rogum facerent fragmenta carinae?
quis tantum mutare potest sine numine fati?
ille etiam caelo genitus caeloque receptus,
cum bene compositis uictor ciuilibus armis
iura togae regeret, totiens praedicta cauere
uulnera non potuit toto spectante senatu
indicium dextra retinens nomenque cruore
deleuit proprio, possent ut uincere fata.
quid numerem euersas urbes regumque ruinas
inque rogo Croesum Priamumque in litore truncum,
cui nec Troia rogus? quid Xerxem maius et ipso
naufragium pelago? quid capto sanguine regem
Romanis positum? raptosque ex ignibus ignes
cedentemque uiro flammam, qui templa ferebat?
quot subitae ueniunt ualidorum in corpora mortes
seque ipsae rursus fugiunt errantque per ignes?
ex ipsis quidam elati rediere sepulcris;
atque his uita duplex, illis uix contigit una.
ecce leuis perimit morbus grauiorque remittit,
succumbunt artes rationis, uincitur usus;

---

46 *quo[t]d* l *quod* ω *quod*[et] *exule* l *quod exule* m *qt et exule* c *quodque exule* g — 47 *a[t]diacuit* l *adi.* g m *at iacuit* c — 48 *seque* o *trepidinibus* m *arces* l g c *orbem* m — 49 *umquam* m — 50 *te Niliaco eperiturum* m — 51 *mitridatis* l *mitrydatis* g *raetas* (mitri) *mundatis* m — 52 *tr[e]is* l *tris* g m *tres* c — 53 *posse[s]t* l *posset* m *cognoscere* c *componere* l g *coponere* m — 55 *electaeque* o — 58 *uictorū uilibus* m — 59 *iuro*[a] l *iurato gaere gerit* m (L) — 61 *inditium* l g *iudicium* m — 63 *orbes* m (L) — 64 *croseum* (croesum) l *primumque* m — 65 *qui* [x]*derxemaius* l *quider xerma ius* m *Xerxe* g *xerxem* c — 66 *quod* l g c *quid* m — 68 *qui t. ferebat* o — 69 *quo*[d] l *quod* ω *in om* l add. corr. *in* om. m — 71 *sepulchris* l m — 72 *contingit* m — 73 *morbis* l.

cura nocet, cessare iuuat, mora saepe malorum
dat causas, laeduntque cibi, parcuntque uenena.
degenerant nati patribus uincuntque parentes
ingeniumque suum retinent; transitque per illum,
ex illo fortuna uenit. furit alter amore
et pontum transnare potest et uertere Troiam;
alterius frons est scribendis legibus apta.
ecce patrem nati perimunt, natosque parentes,
mutuaque armati coeunt in uulnera fratres.
non nostrum hoc bellum est; coguntur tanta moueri
inque suas ferri poenas lacerandaque membra.
quod Decios non omne tulit, non omne Camillos
tempus et inuicta deuictum morte Catonem,
materies in rem superat, sed lege repugnat.
et neque paupertas breuiores excipit annos,
nec sunt inmensis opibus uenalia fata;
sed rapit ex tecto funus fortuna superbo
indicitque rogum summis statuitque sepulcrum.
quantum est hoc regnum, quod regibus imperat ipsis!
quin etiam infelix uirtus et noxia felix,
et male consultis pretium est, prudentia fallit,
nec fortuna probat causas sequiturque merentis,
sed uaga per cunctos nullo discrimine fertur.
scilicet est aliud, quod nos cogatque regatque,
maius et in proprias ducat mortalia leges
attribuatque suos ex se nascentibus annos
fortunaeque uices; permiscet saepe ferarum
corpora cum membris hominum; non seminis ille
partus erit: quid enim nobis commune ferisque?
quisue in portenti noxam peccarit adulter?
astra nouant formas, caelumque interserit ora.
denique si non est, fati cur traditur ordo,

75 *sepe* l m — 76 *dant* l m — 77 *deuenerant* m — 78 *suum uincunt* c — 79 *exilio* m — 80 *transnare* l g m *tranare* c *uertere* o — 81 *syons* m — 84 *moueri* g *mouentur* ω — 86 °*mone* l *mone* m — 87 *inuicta deuictum* o — 88 *inrem* l *uirem* m *sed inlege* l *sed legere* m *lege repugnat* g c — 90 *inmensis* g m — 91 *exceptos* o *fumis* m *superbos* o — 96 *causa* m *merentis* m *merentes* ω — 100 *attribuatque* o *suo sex e nasc.* m — 101 *permiscet* o — 102 *non suunus* m — 103 *quod* l *nouis* m — 104 *inportent* o — 105 *hora* l m c *ora* g — 106 *deneque* m *oderit* o.

cunctaque temporibus certis uentura canuntur?
nec tamen haec ratio facinus defendere pergit
uirtutemue suis fraudare in praemia donis.
nam neque mortiferas quisquam magis oderit herbas,
quod non arbitrio ueniunt, sed semine certo;
gratia nec leuior tribuetur dulcibus escis,
quod natura dedit fruges, non ulla uoluntas.
sic hominum meritis tanto fit gloria maior,
quod caelo gaudente uenit; rursusque nocentis
oderimus magis in culpam poenasque creatos.
nec refert, scelus unde cadat; scelus esse fatendum.
hoc quoque fatale est, sic ipsum expendere fatum.
quod quoniam docui, superest nunc ordine certo
caelestis fabricare gradus, qui ducere flexo
tramite prudentem ualeant ad sidera uatem.
  nunc tibi signorum mores summumque colorem
et studia et uarias artes ex ordine reddam.
diues fecundis aries in uellera lanis
exutusque nouis rursum spem semper habebit,
naufragiumque inter subitum censusque beatos
crescendo cadet et uotis in damna feretur;
in uulgumque dabit fructus et mille per artes
uellera diuersos ex se parientia quaestus:
nunc glomerare rudis, nunc rursus soluere lanas,
nunc tenuare leui filo, nunc ducere telas,
nunc emere et uarias in quaestum uendere uestes,
quis sine non poterant ullae subsistere gentes
uel sine luxuria. tantum est opus. ipsa suismet
asseruit Pallas manibus dignumque putauit
seque in Arachneo magnam putat esse triumpho.

---

112 *dulcior* o (*dulcib̄* m. recens. mut. in g) — 113 *non ulla* g *non nulla* ω — 114 *me*^ri^*ntis* l (coll. Vrat.) *m̄tis* c *meritis* g *eritis* m *fit* lg *sit* cm — 115 *quo* g *quod* ω *nocent*^e^*is* l *nocentes* c *nocentis* gm — 117 *referre* l *cadat* g *cadit* ω — 118 *facile est* m — 120 *caelest*^e^*is* l *caelestes* c *caelestis* gm *flexos* l *plexo* m — 123 *studii uarias* lgc m̄ (L) — 125 *nob̌is* lm *rursum* o — 127 *cadit* o *uat*^e^*is* l *uates* c *natis* g *uotis* m — 128 *uulgumque* m *iugulumque* ω *par artes* m — 129 *parientia* l *parentia* m — 132 *gemere* o *uestes* om. m — 133 *substitere* m — 135 *a*^s^*ḍseruit* l *adseruit* m *asseruit* gc — 136 *ar*||*aneo* l (duae litterae erasae) *araneo* gc *arachneo* m *magnă* l *magnum* gc *magnam* m *triumphum* o.

haec studia et similis dicet nascentibus artes
et dubia in trepido praecordia pectore finget
seque sua semper cupientia uendere laude.
taurus simplicibus dotabit rura colonis,
pacatique labor ueniet; nec praemia laudis,
sed terrae tribuet partus. summittit in astris
colla iugumque suis poscit ceruicibus ipse.
ille suis Phoebi portat cum cornibus orbem,
militiam indicit terris et segnia rura
in ueteres reuocat cultus, dux ipse laboris;
nec iacet in sulcis soluitque in puluere pectus;
Serranos, Curiosque tulit fascesque per arua
tradidit, eque suo dictator uenit aratro.
laudis amor, tacitae mentes, et corpora tarda
mole ualent, habitatque puer sub fronte Cupido.
mollius e geminis studium est et mitior aetas
per uarios cantus modulataque uocibus ora
et gracilis calamos et neruis insita uerba
ingenitumque sonum; labor est etiam ipsa uoluptas;
arma procul lituosque uolunt tristemque senectam;
otia et aeternam peragunt in amore iuuentam.
inueniunt et in astra uias numerisque modisque
consummant orbem postque ipsos sidera linquunt;
natura ingenio minor est perque omnia seruit.
in tot fecundi gemini commenta feruntur.
cancer ad ardentem fulgens in cardine metam,
quam Phoebus summis reuocatus curribus ambit,
articulum mundi retinet lucesque reflectit.
ille tenax animi nullosque effusus in usus
attribuit uarios quaestus artemque lucrorum:

\+ figunt

137 *similes* o — 138 *signum* l *signum* g *figum* m *figt* c — 139 *laudem* c — 140 *dotauit* lm *do*[t]*nauit* c *dotabit* g — 141 *pacatque* m — 142 *summittit in antris* lc *sum̄it ut in antris* g *sum̄it* |||| m u_1 *sum* . . v_2 — 144 *p*[r]*o*̄*tat* l — 145 *s*[e]*ignia* l *signa* m — 148 *facesque* lm *fascesq.* g *faciesq.* c *arua* g *aura* ω — 149 *eque* o — 150 *et* o — 151 *fro*[+t]*nde* g — 152 *mollibus* lgm *mollior* c — 153 *hora* lm — 154 *gracil*[e]*is* l *gracilis* ω *neruis in seta uerba* m — 155 *ingentem que* c *socium* m — 156 *pcultuosq.* c *lituos uolunt* g — 157 *in morte* o — 158 *munerisque* m — 159 *consummant* o *postquam* o — 160 *ser*[+ui]*unt* l — 162 *uictam* lgc *metam* m (*uictam* L) — 163 *quam* o — 164 *lucesque reflecti;* g *licisque reflectit* c *lucisq. r.* lm — 166 *ac tribuit* m.

merce peregrina fortunam ferre per urbes
et grauia annonae speculantem incendia uentis
credere opes orbisque orbi bona uendere posse
totque per ignotas commercia iungere terras
atque alio sub sole nouas exquirere praedas
et rerum pretio subitos componere census.
nauigat et celeris optando sortibus annos
dulcibus usuris aequo quoque tempora uendit.
ingenium sollers suaque in compendia pugnax.
  quis dubitet, uasti quae sit natura leonis,
quasque suo dictet signo nascentibus artes?
ille nouas semper pugnas, noua bella ferarum
apparat et spolio uiuit pecorumque rapinis.
ille habet hoc studium: postes ornare superbit
pellibus et captas domibus praefigere praedas
et pacare metu siluas et uiuere uictor.
sunt, quorum similis animos nec moenia frenent,
sed pecudum membris media grassentur in urbe
et laceros artus suspendant fronte tabernae
luxuriaeque parent caedem mortesque lucrentur.
ingenium ad subitas iras facilisque recessus
aequale et puro sententia pectore simplex.
  at quibus Erigone dixit nascentibus aeuum,
apta magisterio nodoque coërcita uirgo,
ad studium ducet mores et pectora doctis
artibus instituet; nec tam compendia census
quam causas uiresque dabit perquirere rerum.
illa decus linguae faciet regnumque loquendi

---

168 *uitis* (en *superscr.*) l — 169 *opus* m *orbisque orbi* gm *orbique orbis* l *urbis orbi* c — 173 *sceleris* c *celeris* ω *obtando* gm — 174 *aequo quoque* g *equoque tempora* ω — 175 *dubitit* m — 179 *appar*[a]*et* l *apparet* m *apparat* gc *et* om. lm *spolio uiuit pecorumque* m *pecorum spolio* ω — 180 *hoc habet hoc studium* o *positis - superbis* o in marg. g corr. manu rec. *postes - superbos* — 182 *uictor* o — 183 *similes* o *frenis* o — 184 *pecudum* m *pecorum* ω *grassantur* g *grassentur* ω — 185 *artes* c *suspendant* g *suspendat* ω — 186 *caedem* m *cedem* ω *mortesq.* m *moresque* ω — 187 *facil*[e]*isq.* l *facilesq.* c *facilisq.* gm *recensus* lm *recessus* gc — 188 *aequa*[r]*le* l *aequare* c *aequale* gm *et puero* o (*est p.* l (coll. Vrat.) — 189 *A quibus* lmc *at* g *duxit* g *dixit* ω — 190 *opta* m *ora* lg *ore* c *magisterio* o *nudosque* o *cohercita* l — 191 *A*[t]*d* l *ducit* o — 192 *instituet* o — 194 *ille* o.

atque oculos mentis, qua possit cernere cuncta
quamuis occultis naturae condita causis.
hinc et scriptor erit uelox, cui litera uerbum est,
quique notis linguam superet cursimque loquentis
excipiat longas noua per compendia uoces.
in uitio bona: sed teneros pudor impedit annos
magnaque naturae cohibendo munera frenat.
nec fecundus erit — quid mirum in uirgine? — partus.
  librantes noctem chelae cum tempore lucis
per noua maturi post annum munera Bacchi
mensurae tribuent usus ac pondera rerum
et Palamedeis certantem uiribus ortum,
qui primus numeros rebus, qui nomina summis
imposuit certumque modum propriasque figuras.
hic etiam legum tabulas et condita iura
nouerit atque notis leuibus pendentia uerba
et licitum sciet et uetitum quae poena sequatur,
perpetuus populi priuato in limine praetor.
non alio potius genitus sit Seruius astro,
qui leges Latio posuit, cum iura retexit.
denique in ambiguo fuerit quodcumque locatum
et rectoris egens, diriment examina librae.
  scorpion armata uiolentum conspice cauda,
qua, sua cum Phoebi currum per sidera ducit,
rimatur terras et sulcis semina miscet.
in bellum ardentis animos et Martia castra
efficit et multo gaudentem sanguine ciuem
nec praeda quam caede magis. quin ipsa sub armis

---

195 *mentis* m *menti* ω *qua* lgc *qui* m *possit* o — 197 *uerbum es* m — 198 *liquā* l *cursimque* lgc uersum om. m — 200 *inuicio* lm *bonăs* l *bonas* m *bonus* gc *ut teneros* o (om. u_1) — 201 *frenat* gm — 202 *quid* m *quod* ω *mirū* in *uirgine* l *mirum uirgine* m *m. in u.* gc — 203 *libantes* (r supra) l *libantes* ω *nocte celeū* g *noctem chele* c — 204 *post annum* o *bacchi* m — 205 *mensurae et* lc *mensura et* m *mensurae tr.* g *ac* o *tempora rerum* m -- 206 *certante* m — 207 *numerus* (o supra) l *numerus* m *summus* (i supra) l — 209 *tabolas* m *rura* m — 210 *nouerit* (a supra) l *nouerat* c *nouerit* ω — 211 *sequentur* l *sequetur* m (*sequentur* coll. L) *sequatur* gc — 212 *lumine* o (m coll. L) — 214 *leges potius* o *cum* (+ quam) l *cum* (+ quam) g *q̄* c *cum* m — 215 *denique et in* m — 216 *tegens* m *dirimit* c — 217 *scorpion* o *armata* lgc *armati* m *uiolenta cuspide cauda* o — 220 *ardentes* g — 221 *effici et* l *efficiat* c *multo* g *multum* ω — 222 *quin* o.

pax agitur; capiunt saltus siluasque pererrant,
nunc hominum nunc bella gerunt uiolenta ferarum,
nunc caput in mortem uendunt et funus harenae,
atque hostem sibi quisque parat, cum bella quiescunt.
sunt, quibus et simulacra placent et ludus in armis —
tantus amor pugnae — discuntque per otia bellum
et quodcumque pari studium producitur arte.
  at quibus in bifero centauri corpore sors est
nascendi concessa, libet subiungere currus
ardentis et equos ad mollia ducere frena
et totis armenta sequi pascentia campis;
quadrupedum omne genus positis domitare magistris,
exorare tigris rabiemque auferre leoni
cumque elephante loqui tantamque aptare loquendo
artibus humanis uaria ad spectacula molem.
quippe ferae mixtum est hominis per sidera corpus
impositumque manet; quocirca regnat in illas.
quoque intenta gerit curuato spicula cornu,
et neruos tribuit membris et acumina cordi
et celeris motus nec delassabile pectus.
  Uesta tuos, capricorne, fouet penetralibus ignes.
hinc artes studiumque trahis; nam quicquid in usus
ignis eget poscitque nouas ad munera flammas,
sub te censendum est: scrutari caeca metalla
depositas et opes terramque exurere uenis;
materiamque manu certa duplicaris et arte.
quicquid et argento fabricetur, quicquid et auro,
quod ferrum calidi soluant atque aera camini,
consummentque foci Cererem, tua munera surgent.

---

223 *per(er)arant* l *perarant* m *pererrant* ω — 224 *uiolentia ferrum* m — 225 *finis* o *harenae* o — 228 *simulachra* l *simul acra* m — 228 *pugnae est* lc *est* om. g *pugna est* m *discūque* m *orna* m — 230 *inbifero* l *bifero* corr. ex *biforo* m — 231 |*ascendi* m — 232 *ardent(e)is* l *ardentes* gc *ardentis* m *molia* m — 235 uersus deest in c *tigris* o — 236 *elefante* lg — 238 *quippe uere* m *mixtă* l — 239 *inpositumque* l *inpostumque* m — 240 *quoque* o *interna* m *cornū* m — 242 *celeres* o — 243 *v(e)ă stat uos* l *festiuos* c *Restat uos* m *uesta tuos* g — 244 *trahit* o — 245 *(a)eg(i)et* l *eget* m *agit* gc *poscit nouas* l *ad (munera) flumina* l *numera* m (L) *munera* gc — 246 *scruari* m — 247 *terramque exurere* o — 248 *duplicari et arte* o (*duplicariet arte* c) — 250 *fretum* c *calidi* g *calidis* ω *canunt* cm — 251 *consumentque* o *(+f)phoci* l.

addis et in uestes studium mercemque fugacem,
frigore brumalem seruans per saecula sortem,
qua retrahis ductas summa ad fastigia noctes
nascentemque facis reuocatis lucibus annum.
hinc et mobilitas rerum, mutataque saepe
mens natat; et melior iuncto sub pisce senecta est,
pars prior at Veneri mixto cum crimine seruit.
ille quoque, inflexa fontem qui proicit urna,
cognatas tribuit iuuenilis aquarius artes,
quae per aquas ueniunt operum fontesque sequuntur:
cernere sub terris undas, inducere terris
ipsaque conuersis aspergere fluctibus astra
litoribusque nouis per luxum inludere ponto
et uarios fabricare lacus et flumina ficta
et peregrinantis domibus suspendere riuos.
mille sub hoc habitant artes, quas temperat unda.
quippe etiam mundi faciem sedesque mouebit
sidereas caelumque nouum uersabit in orbem.
mite genus, dulcesque fluunt ad sidera partus;
pectora nec sordent, faciles in damna feruntur,
nec deest, nec superest census: sic profluit urna.
ultima quos gemini producunt sidera pisces,
his erit in pontum studium, uitamque profundo
credent et puppes aut puppibus arma parabunt,
quicquid et in proprios pelagus desiderat usus.
innumerae ueniunt artes; uix nomina rebus
sufficiunt; tot sunt paruae quoque membra carinae.
adde gubernandi studium. peruenit in astra
et pontum caelo uincit, sed nouerit orbem
fluminaque et portus mundi uentosque necesse est;

253 *frigora* [+e] l *frigora* m *frigore* g c — 254 *quare* l m *noctis* [e] l *noctis* m *noctes* g c — 256 *hic* o *nobilitas* l g c *mobilitas* m *mutuataque* o — 257 *iuncta sub pisce* o — 258 *prior* [&] *ueneri* l *p. et u.* g c *et uentri* m — 259 *illă* [e] l *proicit* o — 260 *iuuen*[i]*lis* l *iuuenilis* g c *iuuenalis* m — 263 *luxăm* l *luxam* m *inludere* l c m *pondo* m — 264 *lacus* l g c *lacos* m — 265 *peregrinantes* o — 269 *pontisque* l m c *pontesque* g *sequentur* l — 270 *Mi|||te* l *mitte* m *ad sidera* o — 272 *de ē* l — 274 *ŏrna* l *orna* m (L) — 275 *in puppes* g *et p.* l c *et pupes aut pupibus* m — 278 *carina* m — 279 *peruenit* [in] *astra* l — 280 *uincit et* o (*r* in marg. l) — 281 *mundum* m.

iamque huc atque illuc agilem conuertere clauum
et frenare ratem fluctusque effindere rectos,
aut remis agere et lentas inflectere tonsas;
quin placidum ductis euerrere retibus aequor
litoribusque suis populos exponere captos
aut uncos celare cibis aut carcere fraudem.
naualis etiam pugnas, pendentia bella
attribuunt pelagique infectos sanguine fluctus.
fecundum genus est natis et amica uoluptas
et celeres motus mutataque cuncta per aeuum.
  hos tribuunt mores atque has nascentibus artes
bis sex materia propria pollentia signa.
sed nihil in semet totum ualet; omnia uires
cum certis sociant signis sub partibus aequis
et uelut hospitio mundi commercia iungunt
conceduntque suas partes retinentibus astris.
a numero nomen positum est, quod partibus astra
condita tricenis triplici sub sorte feruntur
et tribuunt denas in se coeuntibus astris,
inque uicem ternis habitantur sidera signis.
sic altis natura manet consaepta tenebris,
et uerum in caeco est multaque ambagine rerum.
nec breuis est usus, nec amat compendia caelum,
uerum aliis alia opposita est et fallit imago
mentiturque suas uires et nomina celat.
quae tibi non oculis, alta sed mente fuganda est
caligo, penitusque deus non fronte notandus.

---

282 *huc atque caliginem* l (*r* in marg.) *huc adque huc caliginem* c (*caligine* m) *huc atque illuc aligem* g — 283 *effụndere* (*i* ex *u* corr. l) *effundere* o — 284 *remos* g *remis* ω *agitare* g *agere* ω (*aggere* m) *edentas* m *et lentas* ω *inflectere tonsas* o — 285 *quid* o *euerrere* m *euertere* ω — 287 *iuncos* m — 288 *naual̥is* (e supra) l *naualis* m *nauales* g c — 289 *luctus* o — 290 *nătis* l *nautis* g c *natis* m *uolun̥tas* (p supra) l *uoluntas* (p supra) g *uoluptas* c *uoluntas* m — ante 294 *decanico* m (L) — 294 *in totum semet* m — 295 *sotiant* l — 296 *hospicio* g — 297 *part̥is* (e supra) l *partes* ω — 298 uersus instar traditur: *quam partem deganae dixere decanica gentes.* *degane* (c supra) l *degane* c *decanae* g *deganae* m *dixere* o [*ditem* V. 1] *decanica* o — 299 *An n.* l *annumero* m (M) *numem* m *numen* l c *nomen* g (uss. 298—301 des. in u_1 adsunt in u_2) — 303 *conspecta* o — 304 *cęno* l g *cęlo* c *caeco* m *multa a.* g — 306 *aliis* l — 307 *celai* m (L) — 308 *alia* o.

nunc quae sint coniuncta quibus quoue ordine, reddam,
ne lateant aliae uires aliena per astra.
namque aries primam partem sibi uindicat ipsi,
altera sors tauro, geminis pars tertia cedit.
sic in ter denas diuisum ducitur astrum
totque dabit uires, dominos quotcumque recepit.
diuersa in tauro ratio est; nec parte sub ulla
censetur. cancro primam mediamque leoni,
extremam Erigonae tribuit. natura per astrum
stat tamen et proprias miscet per singula uires.
libra decem partes geminorum prima capessit,
scorpius adiunctas, centauri tertia pars est.
nec quisquam numero discernitur; ordine cedit.
cancer in aduersum capricorni dirigit astrum
bis quinas primum partes dignatus in illo
temporis articulo, sub quo censetur et ipse,
quod facit aequalis luces brumalibus umbris
cognatamque gerit diuerso in cardine legem.
alterius partis perfundit aquarius ignes,
quem subeunt pisces extremo sidere cancri.
at leo consortis meminit sub lege trigoni
lanigerumque ducem recipit taurumque quadrato
coniunctum sibi; sub geminis pars tertia fertur;
hos quoque contingit per senos linea flexus.
praecipuum Erigone cancro concedit honorem,
cui primam tribuit partem; uicina relicta est
uicino, Nemeaee, tibi; pars ipsius una est,
quae fastidito concessa est iure potiri.
sed libra exemplo gaudet pariterque regentem

---

311 *uel ateant* m — 312 om. c — post 313 sequuntur lib. III 400—682 et lib. IV 1—9 dein lib. IV, 314 seqq. in lgc (l in marg. ad 314 F. E. cf. ad III 400) — 314 *inter densas* lgc *denas* m (u v_2) *dicitur* o — 315 *quodcumque* lm *quotcumque* g — 316 *illa* o — 318 *erigonem* l *erigone* g *erigonē* c *erigonen* m — 321 *scorpius* o *adiuncta* o *partes* l (*s* add. corr. in rasura) *partes* gm *parte* c — 322 *quis*[c] *quam* l — 325 *cessetur* lc *censetur* gm — 326 *aequales* o *undis* o — 328 *part|es* l *partes* o *perfund|et* l *perfundet* m *perfundit* gc *ignem* g — 330 *Ad leo* m *sublegit* g — 331 *recipit* lgc *recepit* m — 333 *his* g *contingit* o *flexos* lc *flexus* gm — 334 *principiū* (ecipuum) l *Erigonae* l — 335 *cum* lgc *cui* m *tribuit primam* lgc *pr. tr.* m — 336 *nemee* lm *nemeę* gc *una est* o — 338 *extemplo* o *rigentem* c.

noctes atque dies diuerso in tempore secum
lanigerum sequitur; ueris iuga temperat ille,
haec autumnalis componit lancibus horas.
nulli concedit primam traditque sequenti
uicinam partem; centauri tertia summa est.
scorpios in prima capricornum parte locauit;
alterius dominum fecit, cui nomen ab undis;
extremas uoluit partes sub piscibus esse.
at qui contento minitatur spicula neruo,
lanigero primas tradit sub iure trigoni
et medias tauro partes geminisque supremas.
nec manet ingratus capricornus crimine turpi,
sed munus reddit cancro recipitque receptus
principiumque sui donat; coniuncta leonis
regna ferunt, summas partes sed uirginis esse.
fontibus aeternis gaudens urnaque fluenti
iura sui librae permittit prima regenda;
haerentisque decem partes nepa uindicat ipsi;
summas centaurus retinet iuuenile per astrum.
iam superant gemini pisces, qui sidera claudunt.
lanigero primos tradunt in finibus usus,
perque decem medias partes tu, taure, receptus;
quod superest, ipsi sumunt atque orbe feruntur
extremo; sic et sortis pars ultima cedit.
haec ratio retegit latitantis robora mundi
in plurisque modos repetitaque nomina caelum
diuidit et melius sociat, quo saepius, orbem.
nec tua sub titulis fallantur pectora notis;
dissimulant, non ostentant mortalibus astra.

---

340 *uerbis* o *iu*[g]*ra* l — 341 *hac* l *hic* gc *hec* m *autumnalis* o *lucibus* m *lucidus* ω — 342 *tradidit* l *trahitq.* m — 343, 344 collocanto post 348 — 344 *scorpios* o — 345 *fecit cui n.* m *cui n. fecit* ω — 346 *partes* o — 347 *Atq.* l *atque in* m *at qui* gc *neru* g — 349 *partis* l *partis* m *partes* gc — 350 *ingrati* m *et imine* m — 351 *sed inumis* m — 352 *leoni* o — 353 *partis* l *partis* m *partes* gc *et* o — 356 *haerentisque* o *partis* l *partis* m *partes* gc *nota* o — 357 *iuuenale* l *iuuenale* mc *iuuenile* g — 360 *partes* o *tutaure* g — 361 *quae* (atq.) l *quae* m *atque* gc — 363 *latrantis* l — 364 *plurisque* l *plurisque* gm *pluresque* c *repetit atque* o *ōmine* g *nomine* ω — 366 *haec* c *sub utulis* m *nodis* lm *notis* gc — 367 *ostentur* o.

altius est acies animi mittenda sagacis,
inque aluo quaerenda manent, cunctisque sequendum
uiribus. et cuius signi quis parte creatur,
eius habet mores atque illo nascitur astro.
talis per denas sortes natura feretur.
testis erit uarius sub eodem sidere fetus,
quodque in tam multis animantum milibus, uno
quae ueniunt signo, tot sunt quot corpora mores,
et genus externum referunt aliena per astra,
confusique fluunt partus hominum atque ferarum;
scilicet in partes iunguntur condita pluris
diuersasque ferunt proprio sub nomine leges.
nec tantum lanas aries nec taurus aratra
nec gemini musas nec merces cancer amabit,
nec leo uenator ueniet nec uirgo magistra,
mensuris aut libra potens aut scorpius armis
centaurusque feris, igni capricornus et undis
ipse suis iuuenis geminique per aequora pisces;
mixta sed in pluris sociantur sidera uires.
multum, inquis, tenuemque iubes me ferre laborem
rursus et in magna mergis caligine mentem,
cernere cum facili lucem ratione uiderer.
quod quaeris, deus est; conaris scandere caelum
fataque fatali genitus cognoscere lege
et transire tuum pectus mundoque potiri.
pro pretio labor est; nec sunt inmunia tanta.
nec mirere uiae flexus rerumque catenas.
admitti potuisse sat est. sint cetera nostra;
at nisi perfossis fugiet te montibus aurum,
obstabitque suis opibus superaddita tellus.

---

368 *annimi* m *sagacis* m — 369 *alio* o *quaerendo* l m *quaerenda* g c *mali qdē* l *mala quid* m *cunctisque* l *mali cunctis sequendum* g *iunctisque* m c — 374 *Quoḍ-que* l *animātum* l *animamtum* m — 375 *quae ueniunt* (ru *above*) l *quaeue niunt* c *quoḍ* l *quod* m *quot* g c *corpora* m *corpore* ω — 376 *E genus* m *refererunt* m — 378 *partus* g *partis* (e *above*) l *partis* m *partes* c *plures* o — 380 *arata* g *arat*[a] c — 381 *amauit* o — 384 *feri signi* l g c *seri signi* m — 385 *tui* g — 386 *pluṛis* (e *above*) l *plures* c *pluris* g m — 387 *uultum* l g c *uultu* m *labores* c — 388 collocant o post 396 '*at nisi u.*' — 393 *inmunia* l m *imunia* g — 394 *nec* l g c *ne* m — 395 *admittit pocius ṣu ṣar est* m — 396 *non* g *nisi* ω.

ut ueniant gemmae, totus transibitur orbis,
nec lapidum pretio pelagus cepisse pigebit.
annua solliciti consument uota coloni,
et quantae mercedis erunt fallacia rura!
quaeremus lucrum, naues Martemque sequemur
in praedas. pudeat tanto bona uelle caduca!
luxuriae quoque militia est, uigilatque ruinis
uenter, et ut pereas, suspirant saepe nepotes.
quod caelo dabimus, quantum est, quo ueneat omne!
impendendus homo est, deus esse ut possit in ipso.
hac tibi nascentum mores sunt lege notandi.
nec satis est signis dominantia discere signa
per denos numeros, et quae sint insita cuique;
sed proprias partes ipsas spectare memento
uel glacie rigidas, uel quas exusserit ignis,
et sterilis utroque tamen, qua largior umor,
quaque minor iusto fuerit; namque omnia mixtis
uiribus et uario consurgunt sidera textu.
est aequale nihil. terrenos aspice tractus
et maris et pactis fulgentia flumina ripis:
crimen ubique frequens, et laudi noxia iuncta est.
sic sterilis torres laetis interuenit aruis
ac subito rumpit paruo discrimine fetus.
et modo portus erat pelagi, iam uasta Charybdis,
laudatique cadit post paulum gratia ponti.
et nunc per scopulos, nunc campis labitur amnis
aut faciens iter aut quaerens curritue reditue.
sic etiam caeli partes uariantur in astris.

398 *gēmę* g m *gemē* c *geminae* l *transibunt* m — 399 *precio* l *preuo* m — 400 *consūmant* l *consumant* g c *consument* m — 401 *fallacia* l g c *sollacia* m *ruris* (ra *superscr.*) l *ruris* g *rura* m c — 402 *quaeremus* l g c *quae renuis* m (*remus* L) *sequūr* m — 404 *malitia* g — 405 *pereat* o — 406 *quo* m *quod* ω *ueniat* o — 410 *insiqta* m — 411 *proprias* o *partes* o — 412 *glaties* l *glacies* c *glacie* g m *quae sexus erat ignis* m *quas exusserat ignis* ω — 413 *utroque* o *tamen quas* o (*tam̃ quas* g) — 414 *quaque* o *minoribus* (ouit *superscr.*) *namque* l *minor ibi touit* m *minoribus ouit* c *minor*||||| g (lacunam VIII uel IX litter. expleuit manus saec. XVI: *iam sucus obit*) — 416 *aspice* o — 417 *partis* (e *superscr.*) l *partes* c *partis* g m *fulgentia* l g c *fugientia* m — 419 *terris* o *aruis* o — 420 *fetus* o — 421 *partus a. corr.* ex *o* g *facta* l g c *uasta* m — 422 *gr̃a x̃pi* g l — 423 *campos* c *lauitur* m — 424 *uritue* o.

ut signum a signo, sic a se discrepat ipsum
momentoque negat uires usumque salubrem,
quodque per has geritur partes, sine fruge creatur,
aut cadit, aut multis sentit bona mixta querellis.
hae mihi signandae proprio sunt carmine partes.
sed quis tot numeros totiens sub lege referre,
tot partes iterare queat, tot dicere summas
per partes causas? faciem mutare loquendi
incipimus, si uerba piget? sed gratia deerit,
in uanumque labor cedit, quem despicit auris.
sed mihi per carmen fatalia iura ferenti
et sacros caeli motus ad iussa loquendum est;
nec fingenda datur, tantum monstranda figura;
ostendisse deum nimis est, dabit ipse sibimet
pondera. nec fas est uerbis suspendere mundum.
rebus erit maior; nec parua est gratia nostri
oris, si tantum poterit signare canenda.
accipe, damnandae quae sint per sidera partes.
  lanigeri pars quarta nocet, nec sexta salubris;
septima par illi ac decuma a decumaque secunda.
quaeque duas duplicat summas septemque nouemque,
unaque uiginti numeris pars addita laedit,
et quinta, et duram consummat septima partem.
  tauri nona mala est, similis cui tertia pars est
post decumam, nec non decumae pars septima iuncta;
bisque undena nocent, et bis duodena nocebunt;
quaeque decem trisque ingeminat fraudatque duobus
triginta numeros, et tum tricesima summa.

---

426 *a* om. lm — 427 *utrumque* l (coll. Vrat.) *utroque* c *usumque* m *uictumque* g — 429 *mixtaque rellis* m — 431 *legere ferre* m — 432 *iterare quear* m *discere* gc *summis* [a] l *summis* m *summas* o — 433 *patris* [rtis] l *per partis* gc *per patris* m — 434 *incidimus* o *sit* l *sic* mc *si* g *derit* m — 435 *cedit* gc — 436 *carnem* [men] l — 438 *signanda* [+ fingenda] l *signanda* g *fingenda* c *singenda* m — 440 *ne*[c] *fas* l *ne fas* gm *nec f.* c — 445 *pars* o *ac* o *decum eque decume que* l *decuma decumaeque* gc *decumaeque decumae* m *sc̄da* g — 447 *laudat* lcm *gaudet* g — 448 *consummat* o — 449 *quo* o — 450 *decumam* o *decumae* o *iunctu est* o — 451 *nocens* o *nocentes* o — 452 *quemque* lm *quaeque* gc *frauda*[ta] *duobus* l *frauda duobus* m *fraudata* gc — 453 *et tri tricesima* m *ec tū* g *et tu* lc *est* o.

pestifera in geminis pars prima et tertia signis,
septima non melior, ter quinta et noxia pars est,
unaque bis denis breuior nocet unaque maior;
et similis noxae ueniet uicesima quinta,
cumque duae subeunt, uel cum se quattuor addunt.
nec cancri prima inmunis nec tertia pars est
nec sexta; octaua est similis, decumaque peracta
prima rabit; nec ter quintae clementior usus.
septima post decumam luctum et uicesima portat
et quinta accedens et septima nonaque summa.
tu quoque contactu primo, Nemeaee, timendus
et quarta sub parte premis; bis quinta salubri
terque caret caelo, uicesima et altera laedit,
et tribus appositis uitium est totidemque secutis,
ultima nec prima melior tricesima pars est.
Erigonae nec pars prima est nec sexta nec una
ad decumam nec quarta nec octaua utilis umquam.
proxima uiginti numeris et quarta timendae,
et quae ter decumam claudit sors ultima partem.
at quinta in chelis et septima inutilis aestu,
tertia et undecimae et decumae quae septima iuncta est,
quartaque bis denis actis et septima et ambae,
quae numerum claudunt, nona et tricesima partes.
scorpius in prima reus est, cui tertia par est
et sexta et decuma et quae pars ter quinta notatur,
undecimam geminans, et quae uicesima quinta est
octauoque manet numero nonumque capessit.

---

454 *pestifeream* m (*pesti ferea* L) — 455 *quina et* o *pars est* o — 456 *breuios* m — 459 *inmunis* m — 460 *octauae similis* o *decumaeque* g c *decimaeque* l *secum ceque* m *peractae* l *peracta* ω — 461 *rapit* o *quinae* g *quintae* ω — 462 *septimam* m *decumam* g *decimam* ω — 463 *accedens septima* l m *et* addunt g c *septum anonaque* l m — 464 *contractu* o *nemee* o — 465 *primis* l m *quinta* o *salubri*[s] g *salubris* l m c — 467 *a*[p]*dpositis* l *adp.* m *appositis* g *uictum* o — 468 *ultimam* m — 469 *Erigone* o — 470 *a decuma* m *ad decumam* ω *unquam* l g — 472 *decumam* g *decimam* ω *claudit* g l *cludit* m c post 472 habet l: *septima et undecima est decimaeque et tercia iuncta* (g om. *est - decumaeque;* m: *et septima - iuncta est*) (*t quinta n chelis et sep tima in utilis estu* l *aestu* g m *estu* c) — 476 *cludunt* m *non ex*[t]*tric.* l *non et tr.* me — 477 *scorpius* o *pars est* o — 478 *decuma* g *et quater* l m [a]V l *quinta* m *et qu*ˇ *ter quinta* g c. — 479 *undecima* g m — 480 *octauoque* c *nonumque* m *notumque* ω *capesit* m.

si te fata sinant, quartam ne selige partem
centauri; fuge et octauam; bis sexque peractis
octo bis aut denis metuendus dicitur aër,
cumque iterum duodena refert aut terna decemque
aut septena quater, uel cum ter dena figurat.
nec pars optanda est capricorni septima; nona
consentit, decumamque sequens quam tertia signat,
et tribus aut una, quae te, uicesima, fraudat,
quaeue auget quinto numero uel septima fertur.
489b pars est prima nocens fundentis semper aquari
491 tertiaque et quinta et numero quae condita nono est;
490 damnanda est decumae succedens prima peractae
et post uiginti prima et uicesima quinta,
cumque illa quartam accumulans uicesima nona.
tertia per geminos et quinta et septima pisces
undecima et decumae metuenda est septima iuncta,
et quinta in quinos numeros reuocata duasque
accipiens ultra summas metuenda feretur.
hae partes sterilem ducunt et frigore et igni
499 aëra, uel sicco uel quod superauerit umor.
502 nec te perceptis signorum cura relinquat
partibus; in tempus quaedam mutantur et ortu
accipiunt proprias uires ultraque remittunt.
namque ubi se summis aries extollet ab undis
et ceruice prior flexa quam cornibus ibit,
non contenta suo generabit pectora censu
et dabit in praedas animos soluetque pudorem.

---

481 *se lege* m — 482 *centaurum* lgc *centauri* m *octabam* m *sex peractis* m — 485 *ut cum* g *t cum* l *figurant* gcm *figurat* l — 486 *obtanda* m *nonae* o — 487 *decumamque* g *terna* m — 488 *unam* gc *unā* l *una* m — 489 *quaeue* o *quinta* gc *VII fertur* lmc *sexta feretur* g — 489b uersum ex II, 232 hic inseruit Bentl. — 490 *decumae* lg *succendens* o — 491 *ē numero* lg *est n.* cm *non est* o [*nona* m (L)] — 493 *quartam* o *accumulat* c *accumulant* ω — 493 et 494 locum mutarunt in m — 495 *decumae* lg *iunta* m — 498 *frigori* m — 499 *quod* o *superauerit* o (in g *i* corr. ex *a*) *humor* o post 499 spurii uersus 500 & 501 in o: *si rapidus Mauors ignis iaculatur in illum, Saturnus sumct glaciem, Phoebusue calores* — 500 *rapidiss* m *Mauor signis iaculetur* m *ignes* g *ignis* ω — 501 *fumet* m *colores* l *dolores* c *Phoebus ueca labores* m *calores* g — ante 502 *orientia signa quid efficiant* gm in marg. l — 502 *ne* m *nec* ω — 504 *ultraque* o — 505 *ex tollit* o — 508 *soluetque* g *soluitque* ω.

tantum audere iuuat; sic ipse in cornua fertur,
ut ruat, aut uincat. non illos sedibus isdem
mollia per placidas delectant otia curas;
sed iuuat ignotas semper transire per urbes
scrutarique nouum pelagus totius et esse
orbis in hospitio. testis tibi laniger ipse,
cum uitreum findens aurauit uellere pontum
orbatumque sua Phrixum per fata sorore
Phasidos ad ripas et Colchida tergore uexit.
 at quos prima creant nascentis sidera tauri,
feminei incedunt. nec longe causa petenda est,
si modo per causas naturam quaerere fas est.
auersus uenit in caelum diuesque puellis,
Pleiadum †paruo referens glomeramine sidus.
accedent et ruris opes, propriaque iuuencum
dote per inuersos exercet uomere campos.
 sed geminos aequa cum profert unda tegitque
parte, dabit studia et doctas producet ad artes.
nec triste ingenium, sed dulci tincta lepore
corda creat uocisque bonis citharaeque sonantis
instruit et dotes salium cum pectine iungit.
 at niger obscura cancer cum nube feretur,
quae uelut exustus Phoebeis ignibus ignis
deficit et multa fuscat caligine sidus,
lumina deficient ortus, geminamque creatis
mortem fata dabunt. se quisque et uiuit et effert.
 si cui per summas auidus produxerit undas
ora leo et scandat malis hiscentibus orbem,

509 *tantum* m *tanta* ω *audere* m *audire* ω — 510 *et ruat et uincat* l *et ruit et uincat* c *et ruat ut uincat* m *ut ruat et u.* g *ullus* m *ullis* ω *isdem* m *idem* ω — 511 *delucidant* (+ ect) l *delectant* cm *deludant* g *curas* m *curam* ω — 512 *iubat* m *ignotas* l *ignotas* ω *urbes* gm *orbes* lc — 514 *sibi* g *tibi* ω — 515 *findens* lgm (*sindens* m L) *fundens* c — 516 *frixum* lg *sori* m — 517 *tergo reuixit* l *tergo reuexit* m *terga reuexit* c *tergore uexit* g — 519 *feminea* o *iace|||* g *iacet* l *iaceat* c *iuceat* m — 520 *serere* m — 522 *paruo referens* o *glomerabile* o — 523 *accedunt* g *rulrursus* l *rursus* gc *ruris* m — 524 *dote* m *docte* lc *nocte* g *exornat* o — 525 *profert cum* lgc *cum profert* m *unda* (+ uincta) l *uincta* gc *unda* m — 528 *uecisque* lm *nexique* c *uocisque* g *cittereque* l — 529 *dotes* l *salius* m *saltus* ω *pectore* o — 531 *exsutus* m *exutus* ω — 533 *arctus* l *arctus* cm *ortus* g — 535 *qui* o — 536 *scandat* o.

ille patri natisque reus, quas ceperit ipse,
non legabit opes censumque inmerget in ipso.
tanta fames animumque cibi tam dira cupido
corripit, ut capiat semet nec compleat umquam;
inque epulas funus rediget pretiumque sepulcri.
  Erigone surgens, quae rexit saecula prisca
iustitia rursusque eadem labentia fugit,
alta per imperium tribuet fastigia summum
rectoremque dabit legum iurisque sacrati
sancta pudicitia diuorum templa colentem.
  sed cum autumnales coeperunt surgere chelae,
felix aequato genitus sub pondere librae!
iudex examen sistet uitaeque necisque
imponetque iugum terris legesque rogabit.
illum urbes et regna trement nutuque regentur
unius, et caeli post terras iura manebunt.
  scorpius extremae cum tollit lumina caudae,
si quis erit stellis tum suffragantibus ortus,
urbibus augebit terras iunctisque iuuencis
moenia subcinctus curuo describet aratro,
aut sternet positas urbes inque arua reducet
oppida et in domibus maturas reddet aristas;
tanta erit et uirtus et cum uirtute potestas.
  nec non arcitenens prima cum ueste resurgit,
pectora clara dabit bello magnisque triumphis
conspicuum patrias uictorem ducet ad arces,
altaque nunc statuet nunc idem moenia uertet.
sed nimium indulgens rebus fortuna secundis
inuidet in facie saeuitque asperrima fronti.

---

538 *legauit* l c m *legabit* g *censumque* g *censuque* ω *inmerget* l g *inmergit* m *ipsa* (o superscr.) l *ipsa* g c *ipso* m — 539 *sibi* o — 541 *epulas* m *epula* ω *reuocet* m c *reticet* (+ uo superscr.) l *retitet* g — 542 *Erigonem* l *erigonen* m — 544 *tribuit* o — 547 *aut tū nales* g *chela* m — 549 *extranea* (trema superscr.) l *extranea* g *externea* m *extrema* c *uitetque* l — 550 *rogabis* (t superscr.) l *rogabis* c m — 551 *nŏtuque* l *notumque* g m *natuque* c *gerentur* g *regentur* ω — 553 *extranee* (e superscr.) l *extranee* g *extraeme* m *extremae* c *tollet* m *caudae* g m *claudit* (ae superscr.) l *claudit* c — 555 *iuuentis* (c superscr.) l *iuuencisq.* m — 556 *Meni* (a superscr.) *sub cuntis* l *Moenisubcinctis* m *moenia* g c *sub cinctis* g *sub cunctis* c — 557 *ŏrbes* l *urbes* g c *orbes* m — 558 *reddit* (e superscr.) l *reddit* m *reddet* g c — 560 *resurgit* (e superscr.) l *resurgit* ω — 562 *ducit* l c *ducet* g *uictor reducet* m — 563 *statuet* g *statuit* ω *uertet* g *uertit* ω — 565 *ad sperrima* m.

horrendus bello Trebiam Cannasque lacumque
ante fugam tali pensabat imagine uictor.
ultimus in caudae capricornus acumine summo
militiam in ponto dictat puppisque colendae
dira ministeria et uitae discrimen inertis.
quod si quem sanctumque uelis castumque probumque,
hic tibi nascetur, cum primus aquarius exit.
neue sit ad primos animus procedere pisces:
garrulitas odiosa datur linguaeque mouentum
uerba maligna, nouas mutantes semper ad aures,
crimina per populum populi ferre ore bilingui.
nulla fides inerit natis, sed summa libido.
ardentem medios animum iuuat ire per ignes.
scilicet in piscem sese Cytherea nouauit,
cum Babyloniacas summersa profugit in undas
anguipedem, alatos humeros Typhona ferentem
inseruitque suos squamosis piscibus ignes.
nec solus fuerit geminis sub piscibus ortus;
frater erit, dulcisue soror, materue duorum.
nunc age diuersis dominantia sidera terris
percipe. sed summa est rerum referenda figura.
quattuor in partes caeli describitur orbis,
nascentem lapsumque diem mediosque calores
teque, Helice. totidem uenti de partibus eisdem
erumpunt secumque gerunt per inania bella.
asper ab axe ruit boreas, fugit eurus ab ortu,

566 *treuiam* m *cañasqne* l *canasque* m *locumque* l — 569 *miliciae* l *militiae* m *in* om. g *dicat* lmc *pubesque* (ppi *superscr.*) l *puppesque* c — 571 *probumbe* l *probumbe* m *probumue* gc — 573 *neue sit et* o *primis* lc *primus* m *animus* om. lgc *procedere* lcm (&|||*primis producere* g) — 574 *mouentum* o — 575 *mutantis* o *auris* o — 576 *per polum* l *per polū* m *orbe* cm *bilingui* m — 577 *inerrit* m (L) — 578 *medos* m *libet* o — 579 *notauit* o — 580 *cū babilonias casus p. fugit* g *cum babilonia casum mersa profugit* lc *cum babiloniacas summersa* m — 581 *alatos umeros* (i *superscr.*) g *alatos umeros* lm *al. unguem* c *thypona* m — 583 *solis* l — 584 *erit* (a *superscr.*) l *erit* gm *erat* c — ante 585 *De partibus terrae distributis ad signa et de uniuersa terra et mari* gm (unc. atr.) *FIDE* Thomas, *ego legi ETDE. FIDE* m *de partib. terrae ad signn descriptis* l (in marg.) — 586 *sede summa* m *figuras* g — 588 *ipsumque* lgm *nascentemque ipsunque* c (p. M.) — 589 *eisdem* g — 590 *gerunt* om. g *p.* in*ania* g — 591 *axe|||urit* (ruit *superscr.*) l e*urus* l *ɸurus* m *uerus* g.

auster amat medium solem, zephyrusque profectum.
hos inter binae mediis e partibus aurae
exspirant similis mutato nomine flatus.
ipsa natat tellus pelagi lustrata corona
cingentis medium liquidis amplexibus orbem.
inque sinus pontum recipit, qui uespero ab astro
admissus dextra Numidas Libyamque calentem
adluit et magnae quondam Carthaginis arces
litoraque in Syrtis reuocat sinuata uadosas
rursusque ad Nilum directis fluctibus exit.
laeua freti caedunt Hispanas aequora gentes
teque in uicinis haerentem, Gallia, terris
Italiaeque urbes dextram sinuantis in undam
usque canes ad, Scylla, tuos auidamque Charybdim.
hac ubi se primum porta mare fudit * * *
enatat Ionio laxasque uagatur in undas,
et prius in laeua se effundens circuit omnem
Italiam atque Adriae comitatur nomine pontus
Eridanique bibit fluctus; secat aequore laeuum
Illyricum Epirumque lauat claramque Corinthum
et Peloponnesi patulas circumuolat oras;
rursus et in laeuum refluit uastoque recessu
Thessaliae fines et Achaica praeterit arua.
hic intus iuuenisque fretum mersaeque puellae
truditur inuitum faucesque Propontidos artas
Euxino iniungit ponto Maeotis et undis,
quae tergo coniuncta manet pontemque ministrat.

---

592 *zepyrusque* m — 593 *medi|os* l *medios se* m *mediis se* c — 594 *expirant* l g *simil^e is* l *similis* m *similes* g c — 595 ^uac *natat* l *natat* m *uacat* g c — 597 *uespero ab astro* o — 508 *admiss^ˇis* l *atmissus* m *libramque* c — 599 *abluit* l g c *aluit* m *Kartaginis* l c — 600 *syrtis* o *uadosis* o (m L) *reuocans* o — 601 *nichilum* c *nihilun* ω *directis* g *derectis* ω — 602 *leua* o *cedunt* o *hispanias* l *hyspanias* m *gent^e is* l *gentis* ω — 604 *sinu^n atis* l *sinuatis* m — 605 *adscilla* l m *cari^b ptim* l *caribdim* g — 606 *ac* l g c *hac* m *fudit||||* o — 607 *enatat* m *et natat* ω — 608 *leuas effundens* o — 609 ^atque *adriam* l *hadriam* m *atque adriam* g c *comitatus* o *nomine* o *ponto* o — 610 *bellum* o — 611 *i^l nliricum* l *inliricum* m *illiricum* g *lauat* g *labat* ω — 612 *peloponensi* o — 613 *laeuum* o — 614 *Thessaliae et f.* l *Thessalia et f.* m *achaica* g *achaia* l *achalia* c *athica* m — 615 *pontus* o — 616 *apto* o — 617 *in iungit* l *iniungit* m *iungit* ω — 618 *pontemque* o *ministra* m.

inde ubi in angustas iterum se nauita fauces
Hellespontiacis reuocatus fluctibus effert,
Icarium Aegaeumque secat laeuaque nitentis
miratur scopulos Asiae totidemque tropaea
quot loca et innumeras gentes Taurumque minantem
fluctibus et Cilicum populos Syriamque perustam
ingentique sinu fugientis aequora terras,
donec in Aegyptum redeunt curuata per undas
litora Niliacis iterum morientia ripis.
haec medium terris circumdat linea pontum
atque his undarum tractum constringit habenis.
mille iacent mediae diffusa per aequora terrae.
Sardiniam in Libyco signant uestigia plantae,
Trinacria Italia tantum praecisa recessit.
aduersa Euboicos miratur Graecia montes.
est genetrix Crete ciuem sortita Tonantem;
Aegypti Cypros pulsatur fluctibus omnis.
totque minora sola et tamen emergentia ponto
mitto, uel Aegacas Cyclades Delonque Rhodonque
Aspidaque et Tenedon uicinaque Corsica terris
litora Sardiniae primumque intrantis in orbem
oceani uictricem Ebusum et Balearica rura;
innumeri surgunt scopuli montesque per altum.
nec tantum ex una pontus sibi parte reclusit
faucibus abreptis orbem; nam litora plura
impulit oceano, potius sed montibus altis
est uetitus, totam ne uinceret aequore terram.
namque inter borean ortumque aestate nitentem

619 *nauita partes* c — 620 *Hellespontiac[i]es* l *helespontiaces* m — 621 *egeumque* g *nitentis* o — 622 *populus* lm *populos* ω *asiae ẹṭ* l *asia et* m *tropaea* m *trophea* ω — 623 *quot* g *quod* ω *aurumq.* m *arcumq.* ω — 624 *siriam p.* m — 625 *fulg[i]en[e]tis* l *fugentis* m *fugientes* g *fulgentis* c *aequora* o — 629 *harenis* o — 634 *et* o *genitrix* lg *creta* o — 635 *Ae[c]gyptia ci[b]pros p[a]ulsatur* l *p. c. aeg.* c *aeg. c. p.* gm *omnis* o — 636 *solo tamen* m *sola tamen* ω — 637 *littora et* o *equal[e]is* l *equalis* gm *equales* c *ciclades* o *dcloque* m *rodonque* lg — 638 *Aulidaque* o *tenodum* lg *te nodum* c *tenodum* m (L) *tenedum* m (E) *uicina quae* m *corsi[c]ṭa* l *corsita* m *terr[e]ịs* l — 639 *primum intr.* g *orbe* o — 640 *uictricē ṃebu sum usumq.* l *uictrice melius usum* m *ebusum* g *mebusum* c — 641 *innumer[i]um* l *innumerum* m — 642 *reclusus* o — 644 *inpulit* gm *potius* lg *pocius* cm — 646 *boream* l *borean* gc *borea uortumque* m.

in longum angusto penetrabilis aequore fluctus
peruenit et patulis tum demum funditur aruis
Caspiaque Euxini similis facit aequora ponti.
altera sub medium solem duo bella per undas
intulit oceanus terris. nam Persica fluctus
arua tenet titulum pelagi praedatus ab isdem,
quae rigat ipse locis, latoque infunditur ore.
nec procul in mollis Arabas terramque ferentem
delicias uariaeque nouos radicis odores
leniter adfundit gemmantia litora pontus,
et terrae mare nomen habet: media illa duobus.
quondam Carthago regnum sortita sub armis,
ignibus Alpinas cum contudit Hannibal arces,
fecit et aeternam Trebiam Cannasque sepulcris
obruit et Libyen Italas infudit in urbes.
huc uarias pestes diuersaque monstra ferarum
concessit bellis natura infesta futuris;
horrendos angues habitataque membra ueneno
et mortis pastu uiuentia crimina terrae;
et uastos elephantas habet saeuosque leones
et portentosos cercopum ludit in ortus;
in poenas fecunda suas parit horrida bella
ac sterili peior siccas infestat harenas,
donec ad Aegypti ponat sua iura colonos.
inde Asiae populi diuesque per omnia tellus,
auratique fluunt amnes, gemmisque relucet
pontus, odoratae spirant medicamina siluae;
India notitia maior, Parthique uel orbis
alter, et in caelum surgentis moenia Tauri.

---

649 *ex uini*[euxini] l *exuini* m — 650 *per unde* l *perunde* ω — 651 *occeanus* g m *iam*[n] l — 652 *tenent* o — 653 *regat*[i] l *regat* g m *regit* c *orbe* corr. ex *obe* m *orbe* ω — 654 *mollis*[e] l *mollis* g m *arabas* o — 656 *gemmantia* g m *gēmantia* c *geminuntia* l — 659 *albinas*[a] l *Al pinas* m *albanas* g c *contundit cum* l m *hanibal* m *ignibus* c *artes* m — 666 *tribiam* o (*trebiam* corr. ex *tribiam* m (L) — 661 *libian* g *libiam* ω *italas*[is] l *infundit* l *infudet* m — 662 *Huc*[i] l *huc* g m *hinc* c — 662 *pisces* m — 664 *habitaque* m — 665 *partu* o post 665 sequitur vs. 667 *et uastos* in o — 666 *fecundas* l *horrida bella* o — 667 *uastas*[os] l *uastas* m *uastos* g c *elefantes* c — 668 *cecropum*[i] l *cecropum* g m *cicropum* c — 669 *harenas* o — 670 *Ad* o *ponat* g *ponet* ω *colonis*[os] l *colonis* g m *colonos* c — 672 *geminisq.* g — 674 *parthique* o *uel orbis alter* o.

totque illum circa diuiso nomine gentes
ad Tanaim Scythicis dirimentem fluctibus orbes
Maeotisque lacus Euxinique aspera ponti
aequora ad extremumque Propontidos Hellespontum.
hanc Asiae metam posuit natura potentis.
quod superest Europa tenet, quae prima natantem
fluctibus excepitque Iouem taurumque resoluit.
ponere passa suos ignis onere atque leuari.
ille puellari donauit nomine litus
et monimenta sui titulo sacrauit amoris.
maxima terra uiris et fecundissima doctis
urbibus: in regnum florentes oris Athenae,
Sparta manu, Thebae diuis, et rege uel uno
princeps Pella domus, Troiani gratia belli
Thessalia Epirosque potens uicinaque ripis
Illyris et Threce Martem sortita colonum,
et stupefacta suos inter Germania partus,
Gallia per census, Hispania maxima belli,
Italia in summa, quam rerum maxima Roma
imposuit terris caeloque adiungitur ipsa.
hos erit in fines orbis pontusque notandus.
quem deus in partes et singula diuidit astra
ac sua cuique dedit tutelae regna per orbem
et proprias gentes atque urbes addidit altas,
in quibus assererent praestantis sidera uires.
ac uelut humana est signis discripta figura,
ut, quamquam communis eat tutela per omne

676 *diuisum* c *diuiso* ω — 677 *at* (c suprascr.) l *at* m *ac* g c *tantăm* l *tantum* g c *tantam* m *sciticis* l *sciticas* g c *scychicas* m *urbes* g *orbes* ω — 678 *moetisque sacus* m *euxeni* (i suprascr.) l *euxeni* m — 679 *et extremum Proprontidos* o — 680 *hanc* om. l (in marg. *hanc* + hic) om. m *hanc* g *hic* c — 681 *quę* l g m *q̄* c — 682 *excepit Iouem* g — 683 *pondere* o *passa* o *suosigni* l g c *onerique* l g c *iuuauit* o *suo sigmo uerique* m — 684 *illa* l *litus* m *luctus* ω — 685 *monimenta* g *monumenta* (i suprascr.) l *monumenta* m *sub* hoc *titulo* l *sui-titulo* m *sub hoc t.* c — 687 *orbibus* m — 688 *thebas* o *diuisėt* l *diuiset* m *diuisit* g c — 689 *illa* o *Troiani* l m *Traiani* g c *grecia* c *gre* g — 691 *hrece* (a suprascr.) l *hrece* m *thrace* g c — 693 *pre census* l *belli* o — 694 *Italiam* l m *Italia* ω *in summā* l c *in summa* g m — 695 *inposuit* m — 696 *hoc* l m c *hos* corr. ex *hoc* g *uocandus* o — 697 *et singula* o — 698 *tutela* m — 700 *adserent* (s suprascr.) l *ads.* m *ass.* g c *praestantes* o — 701 *segnis* l *descripta* o — 702 *et tutela* l *et tut.* m *erat* g *eat* c.

corpus et in proprium diuisis artubus extet —
namque aries capiti, taurus ceruicibus haeret,
bracchia sub geminis censentur, pectora cancro,
te scapulae, Nemeaee, uocant, teque ilia, uirgo;
libra colit clunes, et scorpius inguine regnat,
et femina arcitenens, genua et capricornus amauit,
cruraque defendit iuuenis; uestigia pisces —
sic alias aliud terras sibi uindicat astrum.
idcirco in uarias leges uariasque figuras
dispositum genus est hominum, proprioque colore
formantur gentes sociataque iura per artus
materiamque parem priuato foedere signant.
flaua per ingentis surgit Germania partus;
Gallia uicino minus est infecta rubore;
asperior solidos Hispania contrahit artus;
Martia Romanis urbis pater induit ora,
Gradiuumque genus miscens bene temperat artus;
perque coloratas subtilis Graecia gentes
gymnasium praefert uultu fortisque palaestras;
Assyriam produnt torti per tempora crines;
Aethiopes maculant orbem tenebrisque figurant
perfusas hominum gentes; minus India tostis
progenerat mediumque facit moderata tenorem.
iam propior tellusque natans Aegyptia Nilo
lenius irriguis infuscat corpora campis;
Phoebus harenosis Afrorum puluere terris
exsiccat populos, et Mauretania nomen
oris habet titulumque suo fert ipsa colore.
adde sonos totidem uocum, totidem insere linguas
et mores pro sorte paris ritusque locorum;

---

703 *artibus* m *artubus* ω *exit* (+exiit) l *exit* m *extet* g *exstit* c — 704 *nanque* g m — 706 *nemee* g *nemea euocant* m — 707 *colet* (i above e) l *colet* m *colit* ω *regnet* (a above e) l — 710 *aliut* l m — 711 *iccirgo* g *uaria eleges* m — 714 *materiamque* o *faedere* g — 718 *romanis* l c m *romanas* g *urbis* (o above u) l *orbis* c *urbis* m *urbes* g — 719 *genus* o *temporat* m — 720 *gretia* g — 721 *uultus ortisq.* (e above i) l *uultus ortusque* m *u. fortesq.* g c — 722 *Cisyram* m *et syriam* ω — 723 *urbem* o — 724 *in dicit ostis* m *tostis* (a above i) l *tostis* g c — 726 *propior* l *proprior* m — 727 *imnis uirginis* m *linius* ω *irriguis* ω — 728 *Poenus* l *penus* ω *harenosi safrorum* m *arenosis* ω — 729 |*xsicca* l *mauretania* (i above e) l *mauritanea* g *mauretanea* m — 730 *colore* o — 731 et 732 omittunt l g c habet m *fouos* m 732 *pares* n.

adde genus proprium simili sub semine frugum
et Cererem uaria redeuntem messe per urbes
nec paribus siliquas referentem uiribus omnis;
nec te, Bacche, pari donantem munere terras
atque alias aliis fundentem collibus uuas;
cinnama nec totis passim nascentia campis;
diuersas pecudum facies propriasque ferarum
et duplici clausos elephantas carcere terrae.
quot partes orbis, totidem sub partibus orbes,
ut certis discripta nitent regionibus astra
perfunduntque suo subiectas aethere gentes.
   laniger in medio sortitus sidera mundo
cancrum inter gelidumque caprum per tempora ueris
asserit in uires pontum, quem uicerat ipse,
uirgine delapsa cum fratrem ad litora uexit
et minui defleuit onus dorsumque leuari.
illum etiam uenerata colit uicina Propontis
Assyriae et gentes et laxo Persis amictu,
uestibus ipsa suis haerens, Nilusque tumescens
in cancrum et tellus Aegypti iussa natare.
taurus habet Scythiae montes Asiamque potentem
et mollis Arabas, siluarum ditia regna.
Euxinus Scythicos pontus sinuatus in arcus
sub geminis te, Phoebe, colit, post bracchia fratrem
ultimus Eoos Ganges qui transfluit Indos.
ardent Aethiopes cancro, cui plurimus ignis,
hoc color ipse docet. Phrygia, Nemeaee, potiri,
Idaeae matris famulus, regnisque ferocis

---

735 *omn*^{e}*ịs* l *omnis* g m *oms̄* c — 737 *ňuas* l — 739 *pecŏdum* l — 740 *causas* o *elefantum* l *elefantum* g c *elephantas* m *terras* c — 741 *quod* l *quod* m *quot* g c — 742 *et* o *descripta* (*descr.* Vrat.) corr. ex *discr.* l *discripta* m *descripta* g c *recionibus* m *rationibus* ω — 743 *subiect*^{a}*ịs* l *aequore* o — 744 *sortitur* g m c — 745 *gelidum*||| *per* l *gelidumque per* g m c *caprum* om. o *uerxis* o — 746 *arserit* l g *adserit* m om. vs. c *pontumque emuicerat* m *ips*^{e}*ă* l *ipsa* g *ipse* m — 748 *minuit* l *minuti* m *dorsum lequari* m — 750 *E*^{t} *si*^{i}*rẹ* l ^{et} *sirẹ* g c *e sire* m *gentes* m *gentis* ω — 751 *tumescen*^{s}*ṭ* l *tumescent* g *tumescens* c m — 754 *molles* o *arabes* g *harabes* c *arabas* l m — 755 *Euxinius* l *euximus* m (L) *euxios* c *euxinus* g ^{r}*ăcus* l — 756 *col*^{i}*ĕt* l *colet* m *colit* g *bost* m *fratris* o — 757 *ultimus et solidos* o *et transcolit India cancer* o — 759 *potiriς* l *potiris* c *potiri* g m (u_2) — 760 *regnique* l m *regnisque* g c *feroc*^{i}*ĕs* l *feroces* m *ferocis* g c.

Cappadocum Armeniaeque iugis; Bithynia diues
te colit et Macetum tellus, quae uicerat orbem.
uirgine sub casta felix terraque marique
est Rhodos, hospitium recturi principis orbem,
tumque domus uere solis, cui tota sacrata est,
quum caperet lumen magni sub Caesare mundi;
Ioniae quoque sunt urbes et Dorica rura,
Aeolis antiqua celebrataque Caria fama.
quod potius colat Italiam, si seligis, astrum,
quam quod cuncta regit, quod rerum pondera nouit,
designat summas et iniquum separat aequo,
tempora quo pendent, cocunt quo noxque diesque?
Hesperiam sua libra tenet, qua condita Roma
orbis et imperio retinet discrimina rerum
lancibus et positis gentes tollitque premitque
qua genitus Caesarque meus nunc possidet orbem
et propriis frenat pendentem nutibus orbem.
inferius uictae sidus Carthaginis arces
et Libyam Aegyptique latus donataque rura
Cyrenes lacrimis radiatus scorpios armis
eruit Italiaeque tamen respectat ad undas
Sardiniamque tenet fusasque par aequora terras.
Gnosia centauro tellus circumdata ponto
paret, et in geminum Minois filius astrum
ipse uenit geminus; celeris hinc Creta sagittas
asserit intentosque imitatur sideris arcus.
insula Trinacriae fluitantem ad iura sororem
subsequitur Creten sub eodem condita signo;

---

768 *mace*[t]*dum* l — 763 *castra* m *maiorique* [risq.] l *maiorisque* m — 764 *est* o (*est* l) — 765 *tuque* l m c *tūque* g *ē* l *est* g m *et* c — 766 *caperent* l g c *caperet* m — 767 *Ar*[c]*eades* l *Areades* m *Arcades* ω — 769 *colat* o *sisi*[c]*liges* l *sisiligis* m — 772 *cedunt* c — 774 *imperia* g *imperium* ω — 775 *positis* g *positus* ω — 776 *genitus . . meus nunc condidit* [cu fratre remus hanc] *ŏrbem* l *caesarque meus nunc possidet orbem* m *cum fratre remus hanc condidit urbem* g c — 778 *Ectybiam* m (L) *Aegipta latus donata aquira* m *Aegypti latus* l *rura* o — 780 *Tirrhen*[a]*is* l *Thirrenas* g c *Thirrenos* m *radiat' scorpius* l *radiat sc.* m *radiatus* g c *arees* o — 782 *fus*[s]*aque* l *fusaque* m — 783 *centaure* m — 784 *minuis* [nois] l *minuis* m *filus* l — 785 *celeris* o — 786 *a*[s]*dserit* l *adserit* m *asserit* ω — 787 *Insul atrina criae* m *fluitantem* o — 788 *Cretens* l *crentens* m (*cretens* m L) *cretens* c *cremen* g.

proximaque Italiae tenui diuisa profundo
ora paris sequitur leges nec sidere rupta est.
tu, capricorne, regis, quicquid sub sole cadente
est positum, gelidamque Helicen quod tangit ab illo,
Hispanas gentes et quot fert Gallia diues,
teque feris dignam tantum, Germania, matrem
asserit ambiguum sidus terraeque marisque
aestibus assiduis pontum terrasque tenentem.
sed iuuenis nudos formatus mollior artus
Aegyptum ad tepidam Tyrias Syriasque recedit
et Cilicum gentes uicina et aquarius arua.
piscibus Euphrates datus est, ubi piscis †uruptor,
cum fugeret Typhona, Venus subsedit in undis.
magna iacet tellus magnis circumdata ripis
Parthis et a Parthis domitae per saecula gentes,
Bactraque et Hyreani, Babylon et Susa Panosque,
nominaque innumeris uix complectenda figuris,
et Tigris et rubri radiantia litora ponti.
sic diuisa manet tellus per sidera cuncta,
e quibus in proprias partes sunt iura trahenda.
namque eadem quae sunt signis commercia seruant.
utque illa inter se coeunt odioque repugnant,
nunc aduersa polo nunc et coniuncta trigono,
quaeque alia in uarios affectus causa gubernat,
sic terrae terris respondent, orbibus orbes,
litora litoribus, regnis contraria regna;

---

789 *italia et* o — 790 *patris* l *paris* m *patris* g c *est* deest in g — 791 *capriorcorne* m *cadentem* l m c *cadente* g — 792 *expositum* o — 793 *hispanias* l *gentes* seu *quod* l *g. seu quod* c *g. quod* m *g. et quod* g — 795 *adserit* l *adserit* m *asserit* g c — 796 *Astibus* (Letibus) l *Letibus* g c *aestibus* m *adsiduis* m — 797 *nudo* o *formatis* l *melior* m *actus* l m *actu* g c — 798 *Aegyptum alepidam tyriasque recedit* l c (*Egiptu - tiriasque* c) *Aegyptum* ||||| *lepidam t. r.* g *A. a. lepidam t. r.* m — 799 *gentis* o *uicina et aquarius* o — 800 *eufrates* l g *piscis uruptor* l g c *pisces uruptor* m — 801 *fugerit* m *uenis* m — 803 *Parthi* (+sed) *sub parthis* l *parthi sed parthis* g c *parthis et p.* m — 804 *Barthraque aetherios babilone et suspimosque* l *Bactraq. etherios babilone et sispimosq.* g *Bacriaq. etherios babilonē et Susa punosque* c *Bactraque et aeternis* (L) *aeterius* (E) *Babylone et Susa apimosq.* m — 805 *innumerus* m *amplectanda* l *amplectenda* g c *conplectenda* m (L) — 806 *litora* l m — 812 *aliam uarios* m *quaeque in* g *quaeque alia in* l c *adfectus* m.

sic erit et sedes fugienda petendaque cuique;
sic speranda fides, sic et metuenda pericla,
ut genus in terram caelo descendit ab alto.
percipe nunc etiam, quae sint ecliptica Graio
nomine, quod certos quasi delassata per annos
nonnumquam cessant sterili torpentia motu.
scilicet inmenso nihil est aequale sub aeuo
perpetuosque tenet flores unumque tenorem;
mutantur sed cuncta die uariantque per annos.
et fecunda suis subsistunt frugibus arua
continuosque negant partus effeta creando.
rursus quae fuerant steriles ad semina terrae,
post noua sufficiunt nullo mandante tributa.
concutitur tellus ualidis compagibus haerens
subducitque solum pedibus, natat orbis in ipso
et uenit oceanus pontum sitiensque resoluit
nec sese ipse capit. sic quondam merserat urbes,
humani generis cum solus constitit heres
Deucalion scopuloque orbem possedit in uno.
nec non, cum patrias Phaethon temptauit habenas,
arserunt gentes, timuitque incendia caelum,
fugeruntque nouas ardentia sidera flammas,
atque uno timuit condi natura sepulcro.
in tantum longo mutantur tempore cuncta
atque iterum in semet redeunt. sic tempore certo
signa quoque amittunt uires sumuntque receptas.
causa patet, quod luna quibus defecit in astris,
orba sui fratris noctisque inmersa tenebris,
cum medios Phoebi radios intercipit orbis,
nec trahit ad se tum, quo fulget, Delia lumen,
haec quoque signa suo pariter cum sidere languent

816 *sic et* o — ante 818 *De eclipticis signis* g c *de eclipticis* l (in marg.) *DEF glipticis signis* m (in marg.) — 820 *non umquam* m — 821 *inmenso* g m — 822 *tenorem* o — 823 *mutantur* corr. ex *mittantur* m *diu* o — 825 *efeta* m *effoeta* l — 828 *uariis* c *her*$\overset{n}{e}$*s* l *heres* m — 830 *uenit* o *resoluit* o — 831 *se*^{se} *ipse* l *se ipse* m *urbe*^{s} l *urbe* m *orbem* g *urbes* c — 834 *patri*$\overset{a}{o}$*s* l — 835 *a*$\overset{rs}{s}$*serunt* m — 837 *timuit* corr. ex *timent* m *sepulchro* l m — 838 *mut*$\overset{n}{a}$*tur* l *tempora* o — 841 *quo* o *defecerit* m — 842 *inmersa* l m — 844 *tr*$\overset{t}{a}$*it* l *trathit* m *ad* o *ce*$\overset{t}{c}$*um* l *cecum* g *cetum* c *coetum* m *lumen* m *luna* ω — 845 *langu*$\overset{n}{e}$*t* l *languet* m.

incuruata simul solitoque exempta uigore
et uelut elatam Phoeben in funere lugent.
ipsa docet titulos; *causae quae ecliptica signa*
dixere antiqui pariter sed bina laborant,
nec uicina loco, sed quae contraria fulgent,
sicut luna suo tum tantum deficit orbe,
cum Phoebum aduersis currentem non uidet astris.
nec tamen aequali languescunt tempore cuncta,
sed modo in affectus totus producitur annus,
nunc breuius lassata manent, nunc longius astra,
exceduntque suo Phoebeia tempora casu.
atque ubi perfectum est spatium, quod cuique dicatur,
impleruntque suos certa statione labores
bina per aduersum caelum fulgentia signa,
tum uicina labant ipsis haerentia signis,
quae prius in terras ueniunt terrasque relinquunt;
sidereo non ut pugnet contrarius orbis;
sed qua mundus agit cursus, inclinat et ipse
amissasque negat uires nec munera tanta
nec similis reddit noxas. locus omnia uertit.
  sed quid iam tenui prodest ratione nitentem
scrutari mundum, si mens sua cuique repugnat,
spemque timor tollit prohibetque a limine caeli?
condit enim quicquid uasto natura recessu
mortalisque fugit uisus et pectora nostra;
nec prodesse potest, quod fatis cuncta reguntur,
cum fatum nulla possit ratione uideri.
quid iuuat in semet sua per conuicia ferri

---

846 *incurbata* l *incur bata* m *uigori* m *uigore* ω — 847 *lucent* l g c *lucent* m — 848 *ipsa* l g c *ipse* m *titulos* o *cause*[que] *egliptica* l *causae que* g c *causae egliptica* m — suo tunc 849 *sed bina* o — 851 *uotum tantum* l *lunas uotum* m — 853 *tempore* m *tempora* ω — 855 *lassat manent* m — 856 *seceduntque* m *exceduntque* ω *Phebea* o — 858 *implerūque* m *suos* g *suo* ω — 862 *orbi* o — 863 *qa* g *quia* l *quae* c *qua* m *inclinet* l *inclinet* m *ipse* m *ipso* ω — 864 *Animasque* m — 865 *similis* l *similes* c *noxis* m — ante 866 *fatorum rationem perspici posse* g m (u_1) *quomodo possim' fatorum rationem perspicere* l (in marg.) — 868 *Phibetq.* [a] *lumine* l *prohibetque lumine* m *prohibetque e limine* g c — 869 *conditur* l m *condit* g c *enim quod* l *enim quid* m *enim* |||| *quod* g c — 870 *mortalisque* o — 871 *facis* m — 872 *fatis* g — 873 *quod* l.

et fraudare bonis, quae nec deus inuidet ipse,
quosque dedit natura oculos deponere mentis?
perspicimus caelum; cur non et munera caeli?
inque ipsos penitus mundi descendere census
seminibusque suis tantam componere molem
et partum caeli sua per nutricia ferre
extremumque sequi pontum terraeque subire
pendentis tractus et toto uiuere in orbe,
quanta et pars superest, rationem ducere nostis.
iam nusquam natura latet; peruidimus omnem
et capto potimur mundo nostrumque parentem
pars sua perspicimus, genitique accedimus astris.
an dubium est, habitare deum sub pectore nostro,
in caelumque redire animas caeloque uenire?
utque sit ex omni constructus corpore mundus,
aëris atque ignis summi terraeque marisque,
spiritus et motu rapido, quae iussa, gubernet,
sic esse in nobis terrenae corpora sortis
sanguineasque animas, animum, qui cuncta gubernat
dispensatque hominem? quid mirum, noscere mundum
si possunt homines, quibus est et mundus in ipsis,
exemplumque dei quisque est in imagine parua?
an cuiquam genitos, nisi caelo, credere fas est
esse homines? proiecta iacent animalia cuncta
in terra uel mersa uadis uel in aëre pendent;
omnibus una quies, uenter censusque per artus,
et quia consilium non est, et lingua remissa.
unius inspectus rerum uiresque loquendi
ingeniumque capax; uariasque educitur artes
hic partus, qui cuncta regit: secessit in urbes,

---

876 *non* [et] *munera* l — 877 *censum* lg — 878 *conponere* m — 879 *uictricia* m (L) — 880 *partum* o — 882 *quanta et* o *rationem* o *discere noctis* g l c *r. discerne noctis* m — 889 *aetheris* o *terraque* l m — 890 *spiritum* o *et totum* m ||| *et toto* g *et toto* l c *iussa* o *gubernant* l g *gubernat* c *gubernent* m — 891 *terraene* m *terrene* g — 893 *hominē* || *c quid* g *dispinsat* m — 894 collocat post 895 g *mundus ipsis* g m — 896 *aut* o *cuiquam* o — 899 *censumque* o *artu* l (*s* add. corr.) — 901 *unus* [&] *inspectus* l *unus et inspectus* g c *unus inspectus* m *loquenda* m — 903 *quicūque regit* o *sic ēet* l *si cesset* g c *sic esset* m *in orbe* g *in orbes* l m c.

edomuit terram ad fruges, animalia cepit
imposuitque uiam ponto, stetit unus in arcem
erectus capitis uictorque ad sidera mittit
sidereos oculos propiusque adspectat Olympum
inquiritque Iouem; nec sola fronte deorum
contentus manet et caelum scrutatur in aluo
cognatumque sequens corpus se quaerit in astris.
huic in tanta fidem petimus, quam saepe uolucres
accipiunt trepidaeque suo sub pectore fibrae.
an minus est sacris rationem ducere signis,
quam pecudum mortes auiumque attendere cantus?
atque adeo faciem caeli non inuidet orbi
ipse deus uultusque suos corpusque recludit
semper uoluendo seque ipsum inculcat et offert,
ut bene cognosci possit doceatque uidentis,
qualis eat, cogatque suas attendere leges.
ipse uocat nostros animos ad sidera mundus
nec patitur, quia non condit, sua iura latere.
quis putet esse nefas nosci, quod cernere fas est?
nec contemne tuas quasi paruo in corpore uires;
quod ualet, inmensum est. sic auri pondera parui
exsuperant pretio numerosos aeris aceruos.
sic adamas, punctum lapidis, pretiosior auro est.
paruula sic totum peruisit pupula caelum,
quoque uident oculi, minimum est, cum maxima cernant.
sic animi sedes tenui sub corde locata
per totum angusto regnat de limite corpus.
materiae ne quaere modum, sed perspice uires,

---

904 *edomuit* g m *et d.* l *ad fruges* l g c *a^c^d* m (corr. m_2) — 905 *arce* l g m (L) — 906 *ereptus* l c *erectus* g m *capitis* g *captis* ω — 907 *sydcreos oculos* g *sidereosque* ω *propriusq.* l m *aspectat* g — 910 *seques̃* l *sit^c^* l *sit* m *sic* g c — 914 *adtendere* l m *cantis* m — 916 *reducit* o — 917 *uoluendo semper* m — 918 *poss^i^et* l *posset* m *possit* g c *doceatquc uidendis* o — 919 *eat* m *erat* ω *cogatque* m (L) *doceatque* ω *adtendere* l m — 920 *nostros animos* o — 922 *putat* o *nasci* l — 923 *nec* l g c (in m corr. in *ne* L) *contempne* l m — 924* *quo* m *quod* ω *ponder^a^e* l m — 925 *exuperant* o — 926 *adamans* l *adamans* g m *adamas* c — 928 *quodq.* c — 929 *colata* m.

quas ratio, non pondus habet. ratio omnia uincit.
ne dubites homini diuinos credere uisus;
iam facis ipse deos mittisque ad sidera numen,
maius et Augusto crescet sub principe caelum.

---

934 $\overset{+t}{\textit{facis}}$ l *facis* m *facit* g c *mittisque* m *mittitque* ω *crescet* o — post 935 *finit liber IIII sequitur quintus* g (maj.) — *explicit liber II incipit liber III* m (maj.) u_2. *M. Manilii Astronomicon liber explicit quartus incipit eiusdem quintus* u_1.

LIBER QUINTUS.

Hic alius finisset iter signisque relictis,
quis aduersa meant stellarum numina quinque
quadriiugis et Phoebus equis et Delia bigis,
non ultra struxisset opus caeloque rediret
ac per descensum medios percurreret ignes.
me properare uiam mundus iubet omnia circum
sidera uectantem et toto decurrere caelo,
cum semel aetherios iussus conscendere currus
summum contigerim sua per fastigia culmen.
hinc uocat Orion, magni pars maxima caeli,
et ratis heroum, quae nunc quoque nauigat astris,
fluminaque errantis late sinuantia flexus,
et bifer et cetum squamis atque ore tremendo,
Hesperidumque uigil custos et diuitis auri,
araque, diuorum cui uotum soluit Olympus;
illinc per geminas anguis qui labitur arctos,
heniochusque memor currus, plaustrique bootes,
atque Ariadneae caelestia dona coronae,
uictor et inuisae Perseus cum falce Medusae,
Andromedamque negans genitor cum coniuge Cepheus,
quique uolat stellatus equus, celerique sagittae

---

ad marg. 1 *Liber V* l — 1 *finis set* lm *relictis* g *relatis* ω *strinxisset* lc *struxisset* gm — 5 *percurreret* m *decurreret* ω post v. 5. vss. 6. 7 *Saturni Iouis et Martis Solisque sub illis post Venerem et Maia natum te luna uagantem* versus spurii in o leguntur — 8 *mundus* o *libet* o *cirea* m (L) — 9 *uectantur* o *et* om. o — 10 *aetherios* lg || *conscendere* lm *descendere* [con] gc *curros* m — 11 *contingerim* m — 12. 13 *magni pars maxima caeli et ratis heroum (heorum)* seruat m (u v$_1$) om. lgc — 13 *qui* g *quam* c *quae* lm — 14 *errantis* [e] l *errantes* gc *errantis* m — 15 *biferum* o *caecum* l *cęcum* g *coecum* c *cecum* m *spuamis* g *squamas* c *adque* cm *ora* l — 16 *diuitis detauri* m — 19 *anguis* o — 20 *Eniochusq.* o *boote* c — 23 *Andromedanque* m *negut* c — 24 *quaque* o *uolat* o.

delphinus certans, et Iuppiter alite tectus,
ceteraque in toto passim labentia caelo.
quae mihi per proprias uires sunt cuncta canenda,
quid ualeant ortu, quid cum merguntur in undas,
et quota de bis sex astris pars quaeque reducat.
has stellis proprias uires et tempora rerum
constituit magni quondam fabricator Olympi.
  uir gregis et ponti uictor, cui parte relicta
nomen onusque dedit, nec pelle inmunis ab ipsa,
Colchidis et magicas artes qui uertere Iolcon
Medeam iussit mouitque uenena per orbem;
nunc quoque uicinam puppim, ceu nauiget, argo
a dextri lateris ductat regione per astra.
sed cum prima suos puppis consurgit in ignes,
quattuor in partes cum corniger extulit ora,
illa quisquis erit terris oriente creatus,
rector erit puppis clauoque inmobilis haerens
mutabit pelago terras uentisque sequetur
fortunam totumque uolet transnare profundum
classibus atque alios Minyas aliumque uidere
Phasin et in cautes Tiphyn superare trementem.
tolle istos ortus hominum sub sidere tali,
sustuleris bellum Troiae classemque solutam
sanguine et appulsam terris; non inuehet undis
Persida nec pelagus Xerxes facietque tegetque,
mersa Syracusis Salamis non merget Athenas,
Punica nec toto fluitabunt aequore rostra,
Actiacosue sinus inter suspensus utrimque

25 *delfinus* l g *Ippiter* m — 29 *et quod de* l g c *et quod adebisse xastris* m *par* o *quēque* l m *quenque* g — 30 *ab stellis* o *uictor ponti* g *ponti uictor* ω — 33 *honos* g *inmunis* m — 34 *cholchidis* l g *colcludis* m *uestre*[re] l *uertere* g c *uisere* m *cholchon* o — 36 *celi nauiget* o *arco* m — 37 *ac d.* g *ducat* o — 38 *ignes* l c *ignis* g m — 39 *partis* m *partes* ω *horas* l *hora* m *horas* c *ora* g — 40 *illis* l c m *illφs* g *quisq'*[is] l *quisq'erit in* g *quisquis erit* c m — 41 *Pectus*[Rector] l *puppim*[s] l *puppi* m *inmobilis* m *heres*[n] l *haeret* c — 42 *mutauit* l m *uentrisq.* m — 43 *nitumq.* m *trans mare* g *transnare* l m — 44 *menses* o — 45 *thiphum* l *tiphum* m c *typhī* g *triremē* g — 46 *portus* l c *portur* m *ortus* g — 47 *substuleris* l m *solutum*[a] l *solutum* m — 48 *adpulsam*[p] l *adp.* m (L) *nomine heundis* m — 49 *per sidera* l m *Sydera* g c *Xerxen* l g *Xerxes* c *Xerxenus* m *facietque* o — 50 *uera* l g c *Vtra* m *solamis*[a] l *solamis* g — 52 *utrunque* m.

orbis, et in ponto caeli fortuna natabit.
his ducibus caeco ducuntur in aequore classes,
et coit ipsa sibi tellus, totusque per usus
diuersos rerum uentis arcessitur orbis.
sed decuma lateris surgens de parte sinistri
maximus Orion magnumque amplexus Olympum,
quo fulgente super terras caelumque trahente
ementita diem nigras nox contrahit alas,
sollertis animos, uelocia corpora finget
atque agilem officio mentem curasque per omnis
indelassato properantia corda uigore.
instar erit populi totaque habitabit in urbe
limina peruolitans unumque per omnia uerbum
mane salutandi portans communis amicus.
sed cum se terris aries ter quinque peractis
partibus extollit, primum iuga tollit ab undis
heniochus cliuoque rotas conuellit ab imo,
qua gelidus boreas aquilonibus instat acutis.
ille dabit proprium studium caeloque retentas,
quas prius in terris agitator amauerat, artes:
stare leui curru moderantem quattuor ora
spumigeris frenata lupis et flectere equorum
praeualidas uires ac torto stringere gyro.
sed cum laxato fugerunt cardine claustra,
exagitare feros pronumque anteire uolantis
uixque rotis leuibus summum contingere campum
uincentem pedibus uentos; uel prima tenentem
agmina in obliquum cursus agitare malignos
obstantemque mora totum praecludere circum,
uel medium turbae nunc dextros ire per orbes
fidentem campo, nunc meta currere acuta
spemque sub extremo dubiam suspendere casu,

57 *sed ||suma lateris* l *sed deus malateriis* m *sed summa* g c — 59 *quod* l m *fulgent* g *trahentem* c m — 60 *Et mentita* l c m *ementita* g *aras* g *sollert*[e]*is* l *sollertes* c *sollertis* g m — 62 *aligem* g *omnis* m *oms̄* ω — 63 *inde lassato* g m *in*[de] *lassato* l *corde uidere* o — 64 *totaque* m *totoque* ω *habita*[b]*uit* l *habitauit* m *habitabit* g c *orbe* o — 70 *ad quilonibus* m (L) *auitis* m — 71 *illa* g *retentans* g *retentas* l m — 73 *quattuor* o *spumiferis* g — 75 *praeualid*[a]*is* l *praeualidis* m *iorto* m *toto* ω *guiro* m — 76 |||*deum* m *at cum* ω — 77 *exagi*[t]*are* l *exagi*[t]*are* m *uolant*[e]*is* l *uolantes* c — 80 *oblicum* m — 81 *obsantemque* m.

nec non alterno desultor sidere dorso.
quadrupedum et stabilis poterit defigere plantas
perque uolabit equos, ludet per terga uolantum.
aut solo uectatus equo nunc arma mouebit,
nunc leget in longo per cursum praemia circo.
quicquid de tali studio formatur, habebit.
hinc mihi Salmoneus, qui caelum imitatus in urbe
pontibus impositis missisque per aera quadrigis
expressisse sonum mundi sibi uisus et ipsum
admouisse Iouem terris, dum fulmina fingit,
sensit et inmensos ignes super ipse secutus
morte Iouem didicit, generatus possit haberi.
hoc genitum credas de sidere Bellerophontem
imposuisse uiam mundo per signa uolantem,
cui caelum campus fuerat terraeque fretumque
sub pedibus; non ulla tulit uestigia cursu.
his erit heniochi surgens tibi forma notanda.
cumque decem partes aries duplicauerit ortus,
incipient haedi tremulum producere mentum
hirtaque tum demum terris promittere terga,
qua dexter boreas spirat. ne crede seuerae
frontis opus signi: strictos in corda Catonis
abreptumque patri Torquatum et Horatia facta.
maius onus signo est, haedis nec tanta petulcis
conueniunt; leuibus gaudent lasciuaque signant
pectora et in lusus agilis agilemque uigorem
desudant, uario ducunt in amore iuuentam;

---

86 *quadripedum* m *stabil[e]is* l *stabiles* c *plan[tas]* l — 87 *per quos* [uadit] *labit* l *per quos labit* g *per quos uadit* c *per quo labite quos* m *ludet* o *ter[g]ra* l — 89 *licet* o *per cursum* m *per cursus* ω — 90 *qui[c]dquid* l *quidquid* m *quicquid* ω — 91 *imitatus* l m *imitatur* g c *urbe* m *orbe* ω — 92 *pontibus* g m *montibus* l c *inpositis* m — 94 *atque mouisse* m *de fulmine* o — 95 *immensos* o — 97 *d[i]effidere* l *diffidere* g c *de sidere* m *bell[o]erophontem* l *bellorophontem* g *belle rophontem* m — 98 *inposuisse* g m — 100 *non ulla* m *non nulla* ω *cursus* m *cursu* l g *campum* c — 101 *his* o *c[a]on[e]anda* l *conanda* m *cananda* g *canenda* c — 102 *part[e]is* l *partis* g m *partes* c *artes dupl.* m *ortus* o — 103 *heduli* l m — 104 *producere* g — 105 *ne crede* m *nec crede* ω — 106 *signi strictos* l g *signis trictosque* m *incŏda* l *incoda* g m *incude* c *catonis* o — 107 *abruptumque* l m *abruptamque* g *ab rubtamque* c — 108 *petulcis* g *peculcis* ω — 109 *gaud[n]et* l — 110 *illusus* g *agiles* o — 111 *desĭdant* l *desidant* m *inaniore* m *iuuent[ā]e* l *iuuentae* m.

in uulnus numquam uirtus; sed saepe libido
impellit, turpisque emitur uel morte uoluptas.
et minimum cecidisse malum est, quia crimine uictum.
nec non et cultus pecorum nascentibus addunt
pastoremque suum generant, cui fistula collo
haereat et uoces alterna per oscula ducat.
sed cum bis denas augebit septima partes
lanigeri, surgent Hyades. quo tempore natis
nulla quies placet, in nullo sunt otia fructu;
sed populum turbamque petunt rerumque tumultus;
seditio clamorque iuuat, Gracchosque tenentis
rostra uolunt montemque sacrum rarosque Quirites,
pacis bella probant curaeque alimenta ministrant.
inmundosque greges agitant per sordida rura;
et fidum Laërtiadae genuere syboten.
hos generant Hyades mores surgentibus astris.
ultima lanigeri cum pars excluditur orbi,
quae totum ostendit terris atque eruit undis,
Olenie seruans praegressos tollitur haedos,
egelido stellata polo, quae dextera pars est
officio magni mater Iouis. illa tonandi
fundamenta dedit pectusque impleuit hiantis
lacte suo, dedit et dignas ad fulmina uires.
hinc fidae mentes tremebundaque corda creantur
suspensa ad strepitus leuibusque obnoxia causis.
his etiam ingenita est uisendi ignota cupido;
ut noua pernices quaerunt arbusta capellae
semper et ulterius pascentes tendere gaudent.
taurus in auersos praeceps cum tollitur ortus,
sexta parte sui certantis luce sorores

---

113 *inpellit* l m *more* (t suprascr.) l — 114 *quia* o *uictum* o — 117 *hereat* l g — 118 *artes* m — 119 *surgent* corr. ex *surgunt* m *nati* o — 122 *grecosque* l m c *gre:cosque* g *tenentes* g c — 126 *fidunt* o *nerciadū* l *nercia dū* g c *uerciadu* m *genueres* m *syboetem* o — 128 *orbis* o — 130 *hedos* o — 131 *et gelido* l g c *egelido* m *que* l *quę* g m *dextera* o — 132 *tonanti* o *fundamenta* o *inpleuit* m — 135 *fidae* o *creātur* (n suprascr.) l *creatur* m *creantur* g c — 136 *suspensas* o *trepidus* l *trepidis* c *trepiđ* g *trepitus* (*t* corr. ex *d*) m (L) *leuibus obn.* l g c *leuibusque* m — 137 *etiam tam̄ ingeniĕm* l *etiam ingenium* g c *ingeniestuisendi* m *uisendi* l *uiscendi* g *uicendi* c — 138 *p. noctisq. ruunt* l g c *per noctis quaerunt* m — 140 *aduersos* o *preces* (p suprascr.) *allollitur* l c *praecepsque att.* g *praeceps cōpellitur* m — 141 *certantes* o *lucis odores* l g c *luce sorores* m.

Pleiadas dūcit. quibus aspirantibus almam
in lucem eduntur Bacchi Venerisque sequaces,
perque dapes mensasque super petulantia corda
et sale mordaci dulcis quaerentia risus.
illis cura sui cultus frontisque decorae
semper erit: tortos in fluctum ponere crines,
aut uinclis reuocare comas et uertice denso
fingere et appositis caput emutare capillis
pumicibusque cauis horrentia membra polire
atque odisse uirum sterilisque optare lacertos.
femineae uestes nec in usum tegmina plantis,
sed speciem, fictique placent ad mollia gressus.
naturae pudet, atque habitat sub pectore caeco
ambitio, et morbum uirtutis nomine iactant.
semper amare parum est; cupient et amare uideri.
  iam uero geminis fraterna ferentibus astra
in caelum summoque natantibus aequore ponti,
septima pars leporem tollit. quo sidere natis
uix alas natura negat uolucrisque meatus;
tantus erit per membra uigor referentia uentos.
ille prius uictor stadio quam missus abibit;
ille cito motu rigidos eludere caestus,
nunc exire leuis missas, nunc mittere palmas
167 mobilibusque citos ictus glomerare lacertis.
165 ille pilam celeri fugientem reddere planta
166 et pedibus pensare manus et ludere folle;
168 ille potens turba perfundere membra pilarum
per totumque uagas corpus disponere palmas,

142 *Peliades* g *pleiades* l c *pleidas* m — 143 *educunt* o *baechi* m *bachi* ω *sequac[e]ịs* l *sequacis* ω — 145 *mordacis* l m c *mordaci* g — 146 *fortisq. decorde* [frontisq. decore] l *frocitisque decorde* m — 148 *undis* o *per[e]uoeare* l *peruocare* m — 149 *adpositis* m *enuctare* m (L) — 150 *punicibusque* g *menbra* g m — 151 *sterilesq.* c — 152 *nec insunt* o *tecmina* m — 153 *specie* o *fict[i]ẹque* l *fictaeque* m *fictique* g c — 154 *caeco* o — 155 *[i]ḷactant* l *lactant* m *lictant* c *iactant* g — 156 *amere* m *uideri* m *uidere* l g — 157 *uero* om. l m *tulit* c — 160 *uolucr[e]ịsq.* l *uolucrisque* g *uolu erisque* m (L) *uolo crisq.* m (E) — 161 *menbra* g m *ref. uictor* l g c *uentos* m — 163 *moritur* l g c *motu* m — 164 *missam* c — 166 *pinsare* o *fulto* o — 167 *m[bi]olibusque* l *cito sic tuos* m — 168 *m̄bra* l *mēbra* m *menbra* g *pilatum* l g *pilarum* m *certa pilarum* c — 169 *uagus* o.

ut teneat tantos orbes sibique ipse reludat
et uelut edoctos iubeat uolitare per ipsum.
inuigilat somnis, curas industria uincit;
otia per uarios exercet dulcia lusus.
nunc cancro uicina canam, cui parte sinistra
consurgunt iugulae. quibus aspirantibus orti
te, Meleagre, colunt flammis habitantibus ustum,
reddentemque tuae per mortem munera matri,
cuius et ante necem paulatim uita sepulta est,
atque Atalanteos conatum ferre labores;
et Calydonea bellantem rupe puellam
uincentemque uiros et, quam potuisse uidere
uirgine maius erat, sternentem uulnere primo;
quamque erat Actaeon siluis imitatus et ante
quam canibus noua praeda fuit. ducuntur et ipsi
retibus et claudunt campos formadine mortis
mendacisque parant foueas laqueosque tenacis
currentisque feras pedicarum compede nectunt;
aut canibus ferroue necant praedasque reportant.
sunt, quibus in ponto studium est cepisse ferarum
diuersas facies et caeco missa profundo
sternere litoreis monstrorum corpora harenis
horrendumque fretis in bella lacessere pontum
et colare uagos inductis retibus amnes,
ac per nulla sequi dubitant uestigia praedas.
luxuriet quia terra parum, fastidiet orbem
uenter, et ipse gulam Nereus ex aequore pascet.
at procyon oriens, cum iam uicesima cancro

170 *teneant* l *teneant* m *teneat* g c *ipsa* o *reludat* o — 171 *edictos* l *edictos* m *iuueat* m — 172 *inuigitat summis* m — 175 *adspirantibus* l *aspirantibus* ω — 176 *flammas* l *habentibus* m *habitantibus* ω — 179 *ad lanteos* l *adlanteo* c *athlanteos* g *atalanteos* m *conatūs* l *conatur* m *conatum* g c — 180 *calidonea* o *capellam* g — 181 *uidere* m *uideri* ω — 182 *natus* g — 183 *quamque* o *erat tacteon* l *erat tactaeon* m *acteon* g c *imitandus* o — 185 *montes* (mortis) l *montes* m *mortis* g c — 186 *mendacisq.* l *mendacesque* c *tenaces* o — 187 *curentisque* m — 188 *feruore* c — 190 *misso* l — 191 *monstrarum* l *habeńs* l *habetis* m *habenis* g c — 192 *precis* m la *cessere* l *cessere* m — 193 *amnis* l *amnes* c *amnis* g m — 194 *dubitat* o — 195 *luxuria* o *qua* m *quia* ω — 196 *gilam* l *gilam* m *pascit* o — 197 *ad* l *ad* m *procion* o post *cancro* addunt *est* l g c.

septimaque ex undis pars sese emergit in astra,
uenatus non ille quidem, uerum arma creatis
uenandi tribuet: catulos nutrire sagacis
et genus a proauis, mores numerare per urbes,
retiaque et ualida uenabula cuspide fixa
lentaque contextis formare hastilia nodis,
et quodcumque solet uenandi poscere cura,
in proprios fabricare dabit uenalia quaestus.
   cum uero in uastos surgit Nemeaeus hiatus,
exoriturque canis, latratque canicula flammas
et rabit igne suo geminatque incendia solis.
qua subdente facem terris radiosque mouente
dimicat in cineres orbis fatumque supremum
sortitur, languetque suis Neptunus in undis,
et uiridis nemori sanguis decedit et herbis.
cuncta peregrinos orbes animalia quaerunt,
atque eget alterius mundus. natura suismet
aegrotat morbis nimios obsessa per aestus
inque rogo uiuit; tantus per sidera feruor
funditur, atque uno ceu sunt in fulmine cuncta.
haec ubi se ponto per primas extulit oras,
nascentem quam nec pelagi restinxerit unda,
effrenos animos uiolentaque pectora finget
irarumque dabit fletus odiumque metumque
totius uulgi. procurrunt uerba; loquentis
ante os est animus; nec magnis concita causis
corda micant, et lingua rabit, latratque loquendo
morsibus et crebris dentes in uoce relidit.
ardescit uitio uitium, uiresque ministrat

198 *sese* om. m (in l m_2 supra addit) — 200 *tribuit* o *sagacis* (e supra i) l *sagaces* c — 201 *apaui*[s] l *aproam* m *artes* c — 202 *fixta* l — 203 *contexos* l *astilia* o — 204 *quicumque* m *quodcumque* ω *pascere* g — 205 *proprios* m *proprias* ω — 206 *surget* o *nemeus* o — 207 *canis* o *flammas* (i supra a) l *flammis* c *flammas* g m — 208 *rapiet* l *rapit* g c *rapet* m — 209 *mouente* l g *mouentem* c m — 212 *nemoris* m *undis* (erbis supra) g — 215 *morbus* (i supra u) l — 217 *ceu sunt in flumine* o — 218 *ponta* (o supra a) l *ponta* m *proximas* o *horas* o — 219 *Nascentem* [si] *quem pelagi restrinxerit* l (coll. Vrat. *restinxerit*) *si quem p.* g c *quam nec* m *restrinxerit* m *restinxerit* g *perstrinxerit* c — 220 *fingit* (e supra i) l *fingit* m *finget* g *stringit* c — 221 *fletus* o — 222 *procurrunt* m *praccurrunt* ω — 223 *condita* o — 224 *rapbit* l *rabit* m (u_2 v_2) *rapit* g c — 225 *relinquid* (t supra d) l *relinquit* m c *reliquit* g.

Bacchus et in flammam saeuas exsuscitat iras.
nec siluas rupesque timent uastosque leones
aut spumantis apri dentes atque arma ferarum
effunduntque suas concesso in corpore flammas.
nec talis mirere artes sub sidere tali;
cernis, ut ipsum etiam sidus uenetur in astris;
praegressum quaerit leporem comprendere cursu.
ultima pars magni cum tollitur orta leonis,
crater auratis surgit caelatus ab astris.
inde trahit quicumque genus moresque, sequetur
inriguos ruris campos amnesque lacusque
et te, Bacche, tuos nubentem iunget ad ulmos,
disponetque iugis imitatus fronte choreas,
robore uel proprio fidentem in bracchia ducet,
teque tibi credet, Semeleque a matre resectum
adiunget calamis segetemque interseret uuis;
quaeque alia innumeri cultus est forma per orbem,
pro regione colet. nec parce uina recepta
hauriet e mustis et fructibus ipse fruetur
gaudebitque mero mergetque in pocula mentem.
nec solum terrae spem credet in annua uota;
annonae quoque uectigal mercesque sequetur,
praecipue quas umor alit nec deserit unda.
talis effinget crater umoris amator.
iam subit Erigone. quae cum tibi quinque feretur
partibus ereptis ponto, tollentur ab undis

227 *baechus* m *bachus* lg *flammam* m *flamma* ω *seua sexsuscitat* m — 228 *ripasque* lgc *rupesque* m — 229 *et spumantis* m *at sp.* ω *adque* m — 230 *et fundunt quae* m *concerso* (s above r) l *corpore* ṁ *robore* ω *flama* m — 231 *nec alis* m *artes* m *artis* gl *sub s.* o — 232 *uenerẹtur* l *ueneretur* ω — 234 *orta* m *ora* gl *ore* c — 235 *cretera* m (L) *cetera auratis* u_2 *ceteraque* ω — 236 *sequentur* lgc *sequētur* m — 237 *inriguos* m — 238 ||*ecce* m *ecce* g *Baeche* m *Bache* ω *tuas* m *tuos* ω — 239 *disponetue* m *disponetque* ω *fronte* m (L) *fronde* ω — 240 *fịndentem* l *findentem* g *fundentem* c *fidentem* m *ducit* c — 241 *ſibi* l *sibi* ω *credit* o *semper qui matre* o — 242 *adiungit* o *talamis* l *thalamis* gc *segentemque* m *interserit* o — 243 *et forma* o — 244 *colet* m *colit* ω *parte* (c above t) l *parte* m *parce* gc — 245 *emiseris* o *frugibus* lc *fructibus* gm *fouetur* o — 246 *mergitque* (e above i) l — 247 *terra* m *in anima* m *inania* c — 249 *humor* (h above) l *umor* m *humor* gc — 250 *talis* (e above i) l *tales* c *craterū moris* lm *craterū mortis* g *cratū moris* c *amatus* c — 251 *subiit* c *ter* o (l?) *feruntur* o.

cara Ariadneae quondam monimenta coronae,
et mollis tribuent artes. hinc dona puellae
namque nitent. illinc oriens est ipsa puella.
illa colet nitidis gemmantem floribus hortum,
pallentis uiolas et purpureos hyacinthos
liliaque et Tyrias imitata papauera luces
uernantisque rosae rubicundo sanguine florem;
caeruleum foliis uiridemue in germine collem
conseret et ueris depinget prata figuris,
aut uarios nectet flores sertisque locabit
effingetque suum simile; aut in mutua pressos
incoquet atque Arabum siluis mulcebit odores
et Medos unguenta dabit referentia flatus,
ut sit adulterio sucorum gratia maior.
munditiae cultusque * * artesque decori
et lenocinium uitae praesensque uoluptas.
uirginis hoc anni poscunt floresque coronae.
at cum per decimam consurgens horrida partem
spica feret praestans uallantis corpus aristas,
aruorum ingenerat studium rurisque colendi:
seminaque in fenus sulcatis credere terris
usuramque sequi maiorem sorte receptis
frugibus innumeris atque horrea quaerere messi —
quod solum decuit mortalis nosse metallum;
nulla famas, non ulla forent ieiunia terris;
diues erat census saturatis gentibus orbi —
et si forte labor ruris tardauerit, artes,
quis sine nulla Ceres, non ullus seminis usus:

---

253 *cara* o *monimenta* g — 254 *mollis* (e sup.) l *molles* c *tribuent* o *artes* o — 255 *nam quae* l *nam qua* m — 256 *ille* o *froribus* g *ortum* lg — 257 *pallentes* o *hyacinchtus* (o sup.) l *hiachinchos* m *hiacinctos* g — 258 *iliaque* m — 260 *caeruleum foliis* lgc *caeruleumque foliis* m *germine* m *gramine* ω — 261 *consereret ueris* m *depinguet* l *depinguet* g — 262 *nectit* (e sup.) l *nectit* m *locauit* m — 263 *et fingetque* m *effingetque* ω *suŏs* l *suus* c *suum* gm *similesque sidus in* l *similes in* g *sidus similesque in* m — 265 *Incoque*[t] *atque* l — 266 *medios* o — 267 *ad ulterio* lg *ad ulterios ueorum* m — 268 *cultusque artesque decori* o — 271 *ad cum* m *X*[mam] l *decimam* ω — 272 *praesens ualentis* lgc *praesens uallantis* m — 275 *maioris* c *maiorem* ω — 277 *mortalis* o — 279 *saturati* c *orbis* c *orbi* ω — 280 *iuris* o *tardauerit* o *actis* m *artes* ω.

subdere fracturo silici frumenta superque
ducere pendentis orbes et mergere farra
ac torrere focis hominumque alimenta parare
atque unum genus in multas uariare figuras.
et quia dispositis habitatur spica per artem
frugibus, et structo similis componitur ordo,
seminibusque suis cellas atque horrea praebet,
sculpentem faciet sanctis laquearia templis
condentemque nouum caelum per tecta Tonantis.
haec fuerat quondam diuis concessa figura;
nunc iam luxuriae pars, et triclinia templis
concertant; tectique auro iam uescimur auro.
sed parte octaua surgentem cerne sagittam
chelarum. dabit et iaculum torquere lacertis
et calamum neruis glebas et mittere uirgis
pendentemque suo uolucrem deprendere caelo
cuspide uel triplici securum figere piscem.
quod potius dederim Teucro sidusue genusue,
teue, Philoctete, cui malim credere parti?
Hectoris ille faces arcu teloque fugauit,
mittebat saeuos ignes qui mille carinis;
hic sortem pharetra Troiae bellique gerebat
maior et armatis hostis subsederat exul.
quin etiam ille pater tali de sidere cretus
esse potest, qui serpentem super ora cubantem,
infelix, nati sanguenque animamque bibentem
sustinuit misso petere ac prosternere telo.
ars erat esse patrem; uicit natura periclum,

---

282 *facturos luci* (+ti) l *facturos luci* g c *facturos liti* m — 283 *pendentes* l g c *pendentis* m *sacra*[t] *farra* l *sucra* g *farra* c m 283 collocat g post 284 — 285 *Etque* m *uariasque* o — 286 *habeatur* (ita) l *habeatur* g *habitatur* c m — 287 *destructos* l m *distructos* c *exstructos* g — 289—293 antiqua manus inscripsit in l. in marg. a manu recentiore: *olim lacuna. restituimus* l *hi uersus infra reiciendi* g in marg. — 290 *tenacis* o — 292 *et* om. m — 295 *lacertis* (+ sagittis) l *sagittis* c *lacertis* ω — 297 *dependere* l c — 299 *quod* o *totius* l g *tocius* m *totus* c *tecicro* o — 300 *tene* m *mallim* l *mallum* m *mallim* g — 301 *arcu* [et] *telaque* l *arcu teloque* g *arcu telumque* m *arcus et tela* c — 302 *mittebatque suos ignes et* o — 303 *orta in* m *ortam* ω *pharetro* m *pharetram* ω *bellumque* o — 305 *pater ille* c — 307 *sonumque* o *uiuentem* (b b) l *uiuentem* m — 309 *arserat* g l.

et pariter iuuenem somnoque ac morte leuauit
tunc iterum natum et fato per somnia raptum.
at cum secretis improuidus haedus in astris
erranti similis fratrum uestigia quaerit
postque gregem longo producitur interuallo,
sollertis animos agitataque pectora in usus
effingit uarios nec deficientia curis
nec contenta domo; populi sunt illa ministra
perque magistratus et publica iura feruntur.
non illo coram digitos quaesiuerit hasta,
defueritque bonis sector, poenamque lucretur
noxius, et patriam fraudarit debitor aeris;
cognitor est urbis. nec non lasciuit amores
in uarios ponitque forum sua datque Lyaeo;
mobilis in saltus et scenae mollior actor.
hinc nascente lyra cum pars uicesima sexta
339 chelarum surget, testudinis enstat uadis
326 forma per heredem tantum post fata sonantis,
qua quondam somnumque feris Oeagrius Orpheus
et sensus scopulis et siluis addidit aures
et Diti lacrimas et morti denique finem.
hinc uenient uocis dotes chordaeque sonantis,
garrulaque in modulos diuersa tibia forma,
et quodcumque manu loquitur flatuque mouetur.
ille dabit cantus inter conuiuia dulcis
mulcebitque sono Bacchum noctemque tenebit.
quin etiam curas inter secreta mouebit

---

310 *sōnoque* g — 311 *nato* m *fatum* o — 312 *ad* m *quụ* (cum) l — 315 *sollertis* (e) l *sollertes* c *agitaque* m *pectore* lm *fudit* pro *in usus* c — 316 *effingit* g *et fingit* ω — 319 *ĭllo* l *illo* m *ullo* gc *curam* o *digito* o *quae uiuerit* m *quiuiuerit* l *qui uiuerit* gc *hastae* g — 320 *defuerit bonis* m — 322 *urbis* m *uerbis* ω *amöris* l *amoris* m *amaris* gc — 323 *ponetque* (i) l *ponetque* m *ponitque* gc *sua detque* g *suadetque* ω — 324 *nobilis* o *sene* (c) l *seue* g *stene* m *arte* (+ ire) l *ire* c — 325 *nunc surgent elyrate studinise natat* m — 326 *prefata* l *p̃fata* g *p̄lata* c *post fata* m *tonantis* c — 327 *sonitumq.* (+ sōnumque) l *sonitumq.* g *sonumque* c *somnumque* m — 328 *sensus s* ex *c* corr. m *adidit* m (L) — 329 *dici* m *deneque* m (L) — 330 *uoces* o *dotis* o *horeaeque* m *boreaeque* ω (+ sonantis) *sontis* l — 331 *garrulaque modulos* lm *garrula quae m.* gc — 333 *dulcis* o — 334 *sine* c *noctesque* lgc *noctemque* m.

carmina furtiuo modulatus murmure uocem
solus et ipse suas semper cantabit ad aures.
hinc distante lyra quae cornua ducet ad astra
quid regione nepae uix partes octo trahentis
ara feret turis stellis imitantibus ignem —
in qua deuoti quondam cecidere gigantes;
nec prius armauit uiolento fulmine dextram
Iuppiter, ante deos quam constitit ipse sacerdos, —
quid potius fingens ortus, quam templa colentis
atque auctoratos in tertia iura ministros
diuorumque sacra uenerantis numina uoce,
paene deos, et qui possint uentura uidere?
quattuor appositis centaurus partibus effert
sidera et ex ipso mores nascentibus addit.
aut stimulis agitabit onus mixtosque iugabit
semine quadrupedes, aut curru celsior ibit,
aut onerabit equos armis, aut ducet in arma.
ille tenet medicas artes ad membra ferarum
et non auditos mutarum tollere morbos.
hoc est artis opus, non exspectare gementis
et sibi non aegrum iam dudum credere corpus.
hunc subit arcitenens, cuius pars quinta nitentem
arcturum ostendit ponto; quo tempore natis
fortuna ipsa suos audet committere census,
regalis ut opes et sancta aeraria seruent,
regnantes sub rege suo rerumque ministri,

---

336 *carmine* l =*mine* g (corr. manus 3) *carmina* mc — 337 *cantauit* lm *adiuris* m — 338 *Hi*||*c* l *hic* ω *distante lyra cum pars uicesima sexta chelarum surget quae cornua ducet ad astra* o (*surgent* l *surgent* m *surget* g *ducit* m) — 340 *quid* m *quod* l *q̄d* gc *paruis* (pari uix) l *pauis* m *pari uix* gc *partis* (e) l *partes* c *partis* gm — 341 *ferens* o *thuris* o — 343 *dextro* (ā) l *dextra* m — 344 *Iupiter* m *constituit* l — 345 *quod* o *fingent ortus* o *colentes* lc *colentis* gm — 347 *uenerantis* (e) l *uenerantes* c *uoces* o — 348 *pene* o *possint* m — 349 *adpositis* (p) l *adp.* m *centurus* g — 350 *sidera* lmc *sidere* g *more* lm *morem* g *morē* c — 351 *agitauit aut omis* (e) l (*agit aut* l Vrat. coll.) *agit automis* gc *agitauit onus* m *mixtosque* g *mixtasque* lcm — 352 *quadripedes* o *curru* g *currus* ω — 353 *onerauit* (b) l *onerauit* m *onerabit* gc — 354 *medias* gcm — 355 *mutarunt* o — 356 *expectare* o *gementes* g — 357 *aegros* o *corpus* o — 358 *Hunc* o *arcetenem* l *arquitenens* m *par* m — 359 *nantis* l *nantis* m *natis* gc — 361 *regalis* (e) l *opus* (e) l *opus* m *s̄ca* lg *sancta* m *seruit* m — 362 *regno* (e) l *regno* m.

tutelamque gerant populi, domibusue regendis
praepositi curas alieno limine claudant.
arcitenens cum se totum produxerit undis,
ter decuma sub parte feri formantibus astris
plumeus in caelum nitidis olor euolat alis.
quo surgente trahens lucem matremque relinquens
ipse quoque aërios populos caeloque dicatum
alituum genus in studium censusque uocabit.
mille fluent artes: aut bellum indicere mundo
et medios inter uolucrem prensare meatus,
aut nidis damnare suis ramoue sedentem,
pascentemue super surgentia deicere lina.
atque haec in luxum; iam uentri longius itur
quam modo militiae; Numidarum pascimur oris
Phasidos et lucis; arcessitur inde macellum,
unde aurata nouo conuecta est aequore pellis.
quin etiam linguas hominum sensusque docebit
aërias uolucres nouaque in commercia ducet
uerbaque praecipiet naturae lege negata.
ipse deum cycnus condit uocemque sub illo,
non totus uolucer, secumque inmurmurat intus.
nec te praetereant, clausas qui culmine summo
pascere aues Veneris gaudent et reddere caelo
ac certis reuocare notis; totamue per urbem
qui gestant caueis uolucres ad iussa paratas,
quorum omnis paruo consistit passere census.
has erit et similis tribuens olor aureus artes.

---

363 et 364 collocant post 374 o 363 *gerunt* g — 364 *limile* gl *claudunt* g — 365 *Arcetenens* l *arquitenens* m — 366 *ter decuma* l *ter decima* gm *fieri* g — 367 *plumeǫs* l *olore uolantis* lgc *ut tibi solore uolat alis* m — 370 *alituumque* l *altiuūque* (+ alituum) g *alitumque* m (u_2) *in* om. o — 372 *pensare* (r) l *pensare* m *prensare* gc — 373 *nitidos clamare* lmc *nitidos* (+ ni) *clamare* (dis + dānare) g *ratione* c — 374 *dicere* lc *dicere* (+ deicere) g *luna* (uina) l *uina* gc *ducere lina* m — 375 *ibit* c — 376 *Qua modo* m *horis* lgc *oris* m — 377 *Fasidos* lgm *ducis* lmc *dulcis* g — 378 *effecta* (con) l *effecta* m *confecta* c *conuecta* g — 380 *nouaşque* l *nouasque* m *comertia* l *commertia* g *ducet* g *ducit* ω — 381 *natura elege necata* m — 382 *cignus* lg *cycnus* m *colit* c — 383 *inmurmurat* gm — 385 *ueneris gaudent* m *gaudent ueneris* ω *caecos* o — 386 *At* (u) l *aut* ω *totamue* o — 387 *gestat* (u) l *acaueis* m — 388 *constitit* m *pascere* m — 389 *heserit* g *hae serit* l *Has erit* m (L) *color* lg *olo taureus* m.

anguitenens magno circumdatus orbe draconis
cum uenit in regione tuae, capricorne, figurae,
non inimica facit serpentum membra creatis;
accipient sinibusque suis peploque fluenti
osculaque horrendis iungent impune uenenis.
at cum se patrio producet in aequore piscis
in caelumque ferens alienis finibus ibit,
quisquis erit tali capiens sub tempore uitam,
litoribus ripisue suos circumferet annos
pendentem et caeco captabit in aequore piscem,
cumque suis domibus concha ualloque latentis
protrahet inmersus. nihil est audere relictum;
quaestus naufragio petitur, corpusque profundo
inmissum pariter cum praeda exquiritur ipsa.
nec semper tanti merces est parua laboris:
censibus aequantur conchae lapidumque nitori;
uix umquam locuples oneratur terra profundo.
tali sorte suas artes per litora tractat,
aut emit externos pretio mutatque labores
institor aequoreae uaria sub imagine mercis.
cumque fidis magno succedunt sidera mundo,
quaesitor scelerum ueniet uindexque reorum,
qui commissa suis rimabitur argumentis
in lucemque trahet tacita latitantia fraude;
hinc etiam inmitis tortor poenaeque minister,
et quisquis ueroue fauet culpamue perodit,
proditur, atque alto qui iurgia pectore tollat.
caeruleus ponto cum se delphinus in astra
erigit et squamam stellis imitantibus exit,
ambiguus terrae partus pelagoque creatur.

---

390 *Et quitenens* m *arcėtenens* l *arcitenens* g c *dracontis* m (L) — 391 *ue*[nit] l — 393 *accipient* g *accipiunt* ω *sėnṣibusque* l *senibusque* g m *sinibusque* c *populoque* l m *peploque* g c *fluenti* g *fluentis* ω — 394 *inpune* l g *inpone* m — 395 *ac* m *producit* l c *in* o *pisces* m — 397 *quisquis*[is] *ē.* l *ē.* g *est* c *erit* m — 398 *ripisue* m *ripisque* ω — 401 *protrahet* o *inmeṇsus* (r) l *inmersus* m *im̅m̅sus* g — 403 *inmissum* l g *quam* o *exequitur* l g *exquiritur* m — 404 *tanta* l m *rapidumque* o *notọri* (a) l *notori* m *notari* g c — 407 *forte* o — 408 *mịṭtatque* l — 409 *insitor* l c *insitor* (+ a institor) g *instititor* m *sibi* l — 410 *siderẹ* (a) l — 413 *latentia* o — 414 *inmitis* l m — 415 *uero* o *fauėt* l *fauet* m *fauit* g c — 416 *proditur* o *turgia* m *peçtora* l m *pectore* g — 418 *est sic* m — 419 *creatur* m *creatus* ω.

nam uelut ipse citis perlabitur aequora pinnis,
nunc summum scindens pelagus nunc alta profundi,
et sinibus uires sumit fluctumque figurat;
sic, uenit ex illo quisquis, uolitabit in undis:
nunc alterna ferens in lentos bracchia tactus
explosa resonabit aqua, nunc aequore mersas
diducet palmas furtiuue remus in ipso,
nunc in aquas rectus ueniet passumque notabit
et uada mentitus reddet super aequora campum;
aut inmota ferens in tergus membra latusque
non onerabit aquas summisque accumbet in undis
pendebitque super; tutum sine remige uotum est.
illis in ponto iucundum est quaerere pontum,
corpora qui mergunt undis ipsumque sub antris
Nerea et aequoreas conantur uisere Nymphas
exportantque maris praedas et rapta profundo
naufragia atque imas auidi scrutantur harenas.
par ex diuerso studium: sociatur utrumque
in genus atque uno digestum semine surgit.
adnumeres etiam illa licet cognata per artem
corpora, quae ualido saliunt excussa petauro
alternosque cient motus; delatus et ille
nunc iacet, atque huius casu suspenditur ille;
membraue per flammas orbesque emissa flagrantis
molliter ut liquidis per humum ponuntur in undis,
delphinumque suo per inane imitantia motu
et uiduata uolant pennis et in aëre ludunt.

---

420 *pinnis* m (L) *pennis* ω — 422 *senibus* o *uires* o *sumet* l c m *sumit* g *fluctumque* m *fructumque* ω — 424 *huic* m (L) *hinc* ω — 425 *et plausa* o *resonabat* g *mersus* l c *mersas* g m — 425 a *Et* ~~*senib. uire sonabit aqua sic aequore mersas*~~ l (lineola deleuit) *et senibus uireso nabit aqua nunc aequore mersas* m (E; tacet L) — 426 *dicutet* m *deducet* ω *furtiuo* o *remus* g *renus* m (E) *remis* l c m (L) — 427 *notabit* l g c *notauit* m — 428 *reddit* m *aequora* o — 429 *inmota* l m — 431 *pendebitque* ^su^*per* l *p. super* g c *p. pretotum* m *tutum* g c *remigere* m *uotum ē.* o — 433 *qui mergunt* o — 434 *insidere* c — 436 *arenas* g *harenas* l m — 437 *pars* o *studium* ^et^ l *studium* m *studet et* g c — 438 *ingeminus* (nium superscr.) l *ingemis* m *ingenus* g c — 439 *ad numeros* l *adnumeros* ω *illa* g *ulla* ω — 441 *que* om. m — 442 *huc* g *hunc* m *nunc* l c — 443 *membraque* c *flagrantis* l *flagrantes* c — 444 *Tollitur* l — 445 *Delphinumq.* g *delfinamque* l m *suos p. i. natantia motus* o (*natanta* m) — 446 *pinnis* (e superscr.) l *pinus* m *in* om. l c *acre* m (L) *inatre* m (E).

at si deficient artes, remanebit in illis
materies tamen apta; dabit natura uigorem
atque alacris cursus campoque uolantia membra.
sed regione means Cepheus umentis aquari
non dabit in lusum mores; facit ora seuerae
frontis et ad uultus componit pondere mentes.
pascentur curis ueterumque exempla reuoluent,
semper et antiqui laudabunt uerba Catonis,
tutorisque supercilium patruiue rigorem
component, teneros etiam qui nutriat annos
et dominum dominus praetextae lege sequatur,
quodque agat, id credat stupefactus imagine iuris.
quin etiam tragico praestabunt uerba cothurno,
cuius erit quamquam in chartis stilus ipse cruentus;
nec minus hac scelerum facie rerumque tumultu
gaudebunt: †Atrei luxum memorare sepulcri
ructantemque patrem natos solemque reuersum
et caecum sine sole diem; Thebana iuuabit
dicere bella uteri mixtumque in fratre parentem,
quaerere Medeae natos fratremque patremque,
hinc uestes, flammas illinc pro munere missas
aëriamque fugam uotosque ex ignibus annos.
mille alias rerum species in carmina ducent;
forsitan ipse etiam Cepheus referetur in actus.
et si quis studio scribendi mitior ibit,
comica componet laetis spectacula ludis,
ardentis iuuenes raptasque in amore puellas
elusosque senes agilisque per omnia seruos,

---

447 *ad* m — 448 *acta* o — 449 *adque* m *alacres* o *uocantia* o — 450 *umentis* l g *mentis* m — 451 *illusum* g *seuerare* m *seuerae* l g c — 452 *frontis ac* o *pondere* o *mentes* l g c *mentis* m — 453 *reuoluet* l m — 455 *tŏtorisque* l *totorisque* m *tutorisue* g c *patruiue* o — 456 *component* o *reueros* m — 457 *dominis* g c *praetexta* l g c *praetextae* m — 458 *agit* g — 459 *tragica* o — 460 *cruentis* (u) l g *cruentis* m — 461 *haec* (+et) l *haec* g m — 462 *atri* l g c *auri* m u_2 *sepulchri* g c *sepulchra* (i) l *sepulchra* m — 463 *luctantemque* g *ructantemq.* ω *nato* g c *natos* ω — 464 *Thebana* l *Theuana* m *iuuauit* m — 465 *statre* m — 466 *Quere tune dee* l *queretune deae* m *queres* c *quaerere* g *nas fratremque* c — 467 *uestis* o *flammas illinc* o (*illic* c) — 468 *nectosque* l g c *uotosque* m (v_2 u) — 469 *aliae* o *ducant* m — 470 *cefeus* m (v_2 u) *gestus* ω *astis* c *actis* ω — 472 *componit* (e) l *componit* m *lactis* m — 473 *ardentis* o *iuuenis* o — 474 *agiles* o *senos* m.

quis in cuncta suam produxit saecula uitam
doctior urbe sua linguae sub flore Menander,
qui uitae ostendit uitam chartisque sacrauit.
et si tanta operum uires commenta negarint,
externis tamen aptus erit nunc uoce poëtis,
nunc tacito gestu, referetque affectibus ora
et sua dicendo faciet, solusque per omnis
ibit personas et turbam reddet in uno.
aut magnos heroas aget scenisue togatos;
omnis fortunae uultum per membra reducet;
aequabitque choros gestu cogetque uidere
praesentem Troiam Priamumque ante ora cadentem.
 nunc aquilae sidus referam, quae parte sinistra
rorantis iuuenis, quem terris sustulit ipsa,
fertur et extentis praedam circumuolat alis.
fulmina missa refert et caelo militat ales,
bis sextamque notat partem fluuialis aquari.
illius in terris orientis tempore natus
ad spolia et partas surget uel caede rapinas;
cumque hominum dederit strages, dabit ille ferarum
nec pacem a bello, ciuem discernet ab hoste;
ipse sibi lex est, et qua fert cumque uoluntas,
praecipitant uires; laus est contendere cuncta.
et si forte bonis accesserit impetus ausis,
improbitas fiet uirtus; et condere bella
et magnis patriam poterunt ornare triumphis.
et quia non tractat uolucris sed suggerit arma
inmissosque refert ignes et fulmina reddit,
regis erit magniue ducis per bella minister

---

476 *doctor* g *doctior* ω *urbe* g *orbe* ω *sua* o *frore* m — 477 *uita* o *carusque* l g c *charusque* m — 479 *hesternis* l g m *externis* c (*exteritis* u_2) *actus* o — 480 *tantum* l c *tanto* (+ tū) g *tacito* m *refert* (e superscr.) l *adfectibus* l m — 483 *magnos* l *magnus* ω *heruas* (*u* in *o* corr.) l *heruas* ω *scenisque togatus* o — 485 *aequabit*que *choros* l *aequabit choros* m — 487 *referamque parte*|| *in astra* m (L) — 488 *rotantis* (r superscr.) l *rotantis* m *rorantis* c *portantis* g — 489 *externis* o *astris* (+ alis) c *alis* ω — 490 *alis* o — 491 *aquaris* g — 493 *partas* m *partes* ω — 494 *cumque* o *frages* m — 495 *pace ac bello* l c m *nec pacē abello* g *discernet* g m *discernit* l c — 496 *tibi* l c — 497 *precipitant* o *contenere* m — 499 *contendere* l — 502 *inmissosque* m *flumina* m — 503 *magister* o.

ingentisque suis praestabit uiribus usus.
at cum Cassiope bis denis partibus actis
aequorei iuuenis dextra de parte resurgit,
artifices auri faciet, qui mille figuris
uertere opus possint caraeque acquirere dotem
materiae et lapidum uiuos miscere colores.
hinc augusta nitent sacratis munera templis,
aurea Phoebeis certantia lumina flammis,
gemmarumque iubar, radiantes lucibus ignes.
hinc Pompeia manent ueteris monimenta triumphi
et Mithridateos uultus induta tropaea,
non exstincta lue semperque recentia flammis.
hinc lenocinium formae cultusque repertus
corporis, atque auro quaesita est gratia frontis,
perque caput ducti lapides, per colla manusque,
et pedibus niueis fulserunt aurea uincla.
quid potius matrona uelit tractare creatos,
quam factum reuocare suos quod possit ad usus?
ac ne materies tali sub munere desit,
quaerere sub terris aurum furtoque latentem
naturam eruere omnem orbemque inuertere praedae
imperat et glebas inter deprendere gazam
inuitamque nouo tandem producere caelo.
ille etiam fuluas auidus numerabit harenas
perfundetque nouo stillantia litora ponto,
paruaque ramentis faciet momenta minutis,
Pactoli ut regerat census spumantis in aurum;
et perlucentis cupiens prensare lapillos
uerticibus mediis oculos inmittet auaros,

504 *ingentisque* o *urbibus* m — 505 *a[t]d* l *ad* m — 506 *equoree[i]* l *equoree* g c *aequorc* m — 507 *arfices* m — 508 *possunt* m *carnique* o *adquirere* o — post 510 sequitur 515 *et mithr.* o — 512 *iuli* l c (uel *uili*) *uib* g *ub* m (*ubi* u_2) — 513 *moni[i]umenta* l *triumphi* g *triumphis* ω post 513 sequitur 543 o — 514 *extincta* m (L) *lues* o — 515 *trophea* l g c *tropea* m — 516 *leuo cinium* g — 517 *adque* m — 518 *dueci* m — 522 *Actie[ne]* l — 524 *eruere* o *omnem* om. o *pradc* m — 525 *imperi[a]t* l *inperat* m *gazas* o — 526 *ille* o *numerauit* l m *harenas* l g — 528 *perfuntoque[dit]* l *perfunctoque* g c *perfunditque* m post 528 sequitur 530 — 529 *Protulit* o *ut legeret* o — 530 *ramentis[+ frac]* l *fragmentis* c *ramentis* g m — 531 *perlucentes* o *cuperet* o — 532 *emittet* l (*e* ex *i* corr.) *emittet* g c *emittit* m.

aut coquet argenti glebas uenamque latentem
eruet et silicem riuo saliente liquabit;
aut facti mercator erit per utrumque metalli,
alterum et alterius semper mutabit ad usus.
talia Cassiope nascentum pectora finget.
Andromedae sequitur sidus, quae piscibus ortis
bis sex in partes caelo uenit aurea dextro.
hanc quondam poenae dirorum culpa parentum
prodidit, infestus totis cum finibus omnis
incubuit pontus: timuit nauifraga tellus,
et quod erat regnum, pelagus fuit; una malorum
proposita est merces: uesano dedere ponto
Andromedam, teneros ut belua manderet artus.
hic Hymenaeus erat, solataque publica damna
pro natis; lacrimans ornatur uictima poenae
induiturque sinus non haec ad uota paratos,
uirginis et uiuae rapitur sine funere funus.
ac simul infesti uentum est ad litora ponti,
mollia per duras panduntur bracchia cautes;
adstrinxere pedes scopulis, iniectaque uincla,
et cruce uirginea moritura puella pependit.
seruatur tamen in poena uultusque pudorque;
supplicia ipsa decent; niuea ceruice reclinis
molliter ipsa suae custos est casta figurae.
defluxere sinus umeris, fugitque lacertos
uestis, et effusi scapulis haesere capilli.
te circum Alcyones pennis planxere uolantes
fleueruntque tuos miserando carmine casus

533 *et quoque targenti* l *q̃q̃et* c *adquoque targenti* m *et coquet a.* g — 534 *riuos alienate* o *liquauit* m — 535 *et* l c *at* g *aut* m — 536 *altū ni et* g *in usus* c — 538 *Andromachę* l *Andromethae* c *Andromedae* g m — 539 *dextra* l g c *dextro* m — 541 *uiribus* c — 542 *naufragia* o (*nāfragia* g) — post 543 seq. vs. 513 in o — 545 *Andromedan* g l *andrometa* c *Androme dantenepos ut bella maneretatus* m (*adusque* u_2) *t. bella mane retatus* l c *t. bella manere tanis* g — 546 *chimenaeus* l m *himeneus* g *solaq. in p.* l c m *solaq. p.* g — 547 *Priuatis*^{rona} l *pro natis* g c *priuatis* m *uicti*^{ma} *penam* l *uictima* g c *uicti* m *pęna* g *poena* c m — 548 *inductusque* m *ad* o — 549 *uiua erapitur* l m — 550 *ac* o *in se stiuentum* m (L) — 552 *adstrinxere* g m *astr.* l c — 556 *ipsa figurae* o — 557 *umeris* m — 558 *uestes* c — 559 *ter* o *alchiones* l g *alcyones* m — 559 *pinnis* l m *pennis* g c — 560 *fleuereque* g.

et tibi contextas umbram fecere per alas.
ad tua sustinuit fluctus spectacula pontus
assuetasque sibi desiit perfundere ripas.
extulit et liquido Nereis ab aequore uultum
et casus miserata tuos plorauit et annos.
ipsa leui flatu refouens pendentia membra
Aura per extremas resonauit flebile rupes.
tandem Gorgonei uictorem Persea monstri
felix illa dies redeuntem ad litora duxit.
isque ubi pendentem uidit de rupe puellam,
deriguit facie, quam non stupefecerat hostis,
uixque manu spolium tenuit, uictorque Medusae
uictus in Andromedast. iam cautibus inuidet ipsis
felicisque uocat, teneant quae membra catenas.
et postquam poenae causam cognouit ab ipsa,
destinat in thalamos per bellum uadere ponti,
altera si Gorgo ueniat, non territus ira.
concitat aërios cursus flentisque parentes
promissu uitae recreat pactusque maritam
ad litus remeat. grauidus iam surgere pontus
coeperat, ac longo fugiebant agmine fluctus
impellentis onus monstri. caput eminet undas
scindentis, pelagusque uomit, circumsonat aequor
dentibus, inque ipso rapidum mare nauigat ore.
hinc uasti surgunt inmensis torquibus orbes,
tergaque consumunt pelagus; sonat undique Phorcys,
atque ipsi metuunt montes scopulique ruentem.
infelix uirgo, quamuis sub uindice tanto,

561 *nec* o — 562 *At* o — 563 *adsuetasq.* lm *desiit* o *rixes* l *ripas* g *rupes* c *rupes* m — 564 *liquidŏ* l *liquido* m *liquidum* gc *uultus* g *uultu* m *uultum* lc — 565 *rorauit et undas* o — 566 *leuis* l *leuis flatur efouens* m — 567 *aurea* l *fleuile* m — 570 *Vsq.* ubi *pendentem* l *usque* c *isque* gm — 571 *dèriguit* l *deriguit* m — 572 *manus pelium* lcm *manu spolium* g — 573 *inandromachem* (den) l *Andromedē* gc *Andromedāē* m — 574 *felicesque* o *menbra* gm — 577 *ira* o — 578 *concinat* c *flentisque* o *paretis* m *parentis* ω — 579 *promissum* o *maritum* o — 580 *additus* m *iam* m *nam* ω — 581 *aut* o *fugebant anmine* m — 582 *inpellentis* m *undis* o — 583 *scindentis* o *mouit* m *mouet* ω — 584 *orem* l *orē* m — 585 *uastis urgent* l *uastisurgent* gcm (L) *uastis urguent* m (E) *inmensis* lm — 586 *fortus* m *forcis* c *fortis* lg — 587 *adque* m *ipse* l — 588 *infex* m.

quae tua tunc fuerat facies? quas fugit in auras
spiritus? ut toto caruerunt sanguine membra,
cum tua fata cauis e rupibus ipsa uideres
adnantemque tibi poenam †pelagusque ferentem,
quantula praeda maris quanti! hic subuolat alis
Perseus et caelo pendens iaculatur in hostem
Gorgoneo tinctum defigens sanguine ferrum.
illa subit contra uersamque a gurgite frontem
erigit et tortis innitens orbibus alte
emicat ac toto sublimis corpore fertur.
sed quantum illa subit semet iaculata profundo,
in tantum reuolat laxumque per aethera ludit
Perseus et ceti subeuntis uerberat ora.
nec cedit tamen illa uiro, sed saeuit in auras
morsibus, et uani crepitant sine uulnere dentes;
efflat et in caelum pelagus mergitque uolantem
sanguineis undis pontumque exstillat in astra.
spectabat pugnam pugnandi causa puella;
iamque oblita sui metuit pro uindice tali
suspirans animoque magis quam corpore pendet.
tandem confossis subsedit belua membris
plena maris summas iterumque renauit ad undas
et magnum uasto contexit corpore pontum;
tunc quoque terribilis nec uirginis ore uidenda.
perfundit liquido Perseus in marmore corpus
maior et ex undis ad cautes peruolat altas
soluitque haerentem uinclis de rupe puellam
desponsam pugna, nupturam dote mariti.
hic dedit Andromedae caelum stellasque sacrauit.

---

589 *tunc* o *quaș* l *quas* m *qua* g *quę* c *auro* l m c *aura* g — 590 *carmine* c — 592 *pelagus* o — 593 *quantis hic* o *quantis* in l correctum ex *quanti* ut uidetur *alis* l m *undis* g c — 595 *de fingens* l *defingens* c — 596 *uersaque assurgit a fonte* l (Vrat.) *a surgit a fonte* l (Br.) *uersaque assurgit a fonte* g c *(asurgit) uersaque a gurgit effonte* m — 597 *sortis* l c *fortis* g *tortis* m (L) *inuitens* m (L) *altis* o — 599 *semper iaculata* o — 600 *laxum*[qu] *per* l *laxum per et aethera* g — 601 *ceci* m — 602 *seuit* l m — 604 *etfflat et* l *etflat et* m — 605 *extollit* ω *ex stillat* m — 606 *puella* g m *puellę* l *puelle* c — 609 *be*[l]*ua* l *belua* g m *menbris* g *membrais* m — 610 *summas iterum* l *summasque iterum* g c m *regnauit* l *regnauit* m *renauit* g c *undis* l — 613 *perfundit* l *perfundit* m *perfudit* g c — 614 *alto* l g c *altas* m (L) — 615 *herrentem* l *puella* m — 616 *nubturam* m — 617 *Andromache* l *stellasque* o.

mercedem tanti belli, quo concidit ipsa
Gorgone non leuius monstrum, pelagusque leuauit.
quisquis in Andromedae surgentis tempora ponto
nascitur, inmitis ueniet poenaeque minister
carceris et duri custos, quo stante superbe
prostratae iaceant miserorum in limine matres,
pernoctesque patres cupiant extrema suorum
oscula et in proprias animam transferre medullas;
carnificisque uenit mortem uendentis imago
accensosque rogos et strictam saepe securem.
supplicium uectigal erit; qui denique posset
pendentem ex scopulis ipsam spectare puellam;
uinctorum dominus sociusque in parte catenae;
interdum poenis innoxia corpora seruat.
piscibus exortis cum pars uicesima prima
signabit terrae limen fulgebit et orbi,
aërius nascetur equus caeloque uolabit
uelocisque dabit sub tali tempore partus
come per officium uigilantia membra ferentis.
hic glomerabit equo gyros dorsoque superbus
ardua bella geret rector cum milite mixtus;
hic stadium fraudare fide poteritque uideri
mentitus passus et campum tollere cursu;
quamuis extremo citius reuolauerit orbe
nuntius, extremumue leuis penetrauerit orbem.
uilibus ille etiam sanabit uulnera sucis
quadrupedum et medicas herbas in membra ferarum

618 *quod* gc *quo* l m *concidit* m *condidit* ω — 619 *lentus* m — 620 *tempora* o — 621 *inmitis* m *minister* m *magister* ω — 622 *durit* l ~~*tustus*~~ (custos) l *tustus* m *quos tanta* m *superbe* m *superbae* ω — 623 *prostrata eiaceant* l m *limine* g *lumine* ω — 624 *pernoctentque* m — 626 *uin(c)dentis* l *uindentis* m (*inuidentis* u_2) *uincentis* g c — 627 *stricta* o *securem* c *secure* ω — 628 *deneque* m *poss(i)et* l *posse* m *possit* c *posset* g — 629 *rendentem* m *e scopulis* g *et sc.* ω — 631 *interdum* o (in)*noxia* l *noxia* m *innoxia* g c *seruet* m — 633 *signato* l g *signatum* c *signauit* m — 634 *terra elimen* l m *lumen* g c — 635 *uelocisque* o — 636 *come* o *ferentis* m — 637 *cy(r)ros* l *cyrros* c *cyros* g m — 639 *h(u)ic* l *huc* c *st(u)adium* l *studium* c *fidem* o (*fidē* g) *uideri* m *uidere* ω — 640 *mentitus* o *eampum* o *cursu* g *cursum* ω — 641 *Q̄uauis* l *quauis m quāuis* g c *ab* o *extremū* l *extremo* ω *orbem* m — 642 *t. lebis* l *uellebis* m *vel bis* g c — 644 *quadri pedum* m *artes* o.

nouerit, humanos et quae nascantur ad usus.
nixa genu species et Graio nomine dicta
dextra per extremos attollit lumina pisces.
hinc fuga nascentum, dolus insidiaeque creantur,
grassatorque uenit mediam metuendus in urbem.
et si forte aliquas animus consurget in artes,
in praerupta dabit studium uendetque periclo
ingenium, ac tenuis ausus sine limite gressus
certa per extentos ponet uestigia funes
et caeli meditatus iter uestigia perdet
paene sua et pendens populum suspendet ab ipso.
laeua sub extremis consurgunt sidera ceti
piscibus Andromedam ponto caeloque sequentis.
hoc trahit in pelagi caedes et uulnera natos
squamigeri gregis: extentis laqueare profundum
retibus et pontum uinclis armare furentem.
et uelut in laxo securas aequore phocas
carceribus claudent raris et compede nectent.
incautosque trahent facularum lumine thynnos;
nec cepisse sat est; luctantur corpora nodis
exspectantque nouas acies ferroque necantur,
inficiturque suo permixtus sanguine pontus.
tum quoque, cum toto iacuerunt litore praedae,
altera fit caedis caedes; scinduntur in artus
corpora, et ex uno uarius discribitur usus.
illa datis melior sucis pars, illa retentis;

---

645 *humano sed* o *qual* m *quae* ω *nascentur* o *ad usu* c — 646 *et* o — 647 *et comas* l g c *et gonas* m *inguicula* l m *inguicola* g c *uides* o *sub origine constat* o (scholion versus instar scriptum) — 649 *creätur* l *creatur* m *creantur* g c — 650 *mediam* o *ŏrbem* l *orbem* m — 651 *animo* c *animus* ω *et surgit* (con) l *exsurgit* g *consurgit* c m *artis* (e) l *artes* c *artis* g m — 652 *uindetque* (c) l *uincetque* g c *uindetque* m — 653 *ac* o *tenuis* (e) l *tenues* c — 654 *extinctos* o *ponit* o *funes* l g *fines* c m — 655 *mediatus inter* m *perdet* o — 656 *et peneua et* o (*et pene*||| *dependens* u_2) *porulum* o *suspendit* (e) l *suspendit* g *suspendet* c m *ipsa* o — 657 *extremi* o — 659 *cedes* o *bulnera* (ˇ) l *bulnera* m *notos* o — 661 *sequentem* c — 662 *focas* l c — 663 *claudent* o *nectant* l m *nexant* c *nectent* g — 664 *trahët* l *meularum* (ac) l *meularum* m *macularum* g c *nŏmine* l *nomine* m *numine* g c *thinnos* o — 665 *nobis* c — 666 *expectantque* o — 667 *sanguie* m *pötus* l *potus* m — 668 *totum quoque* l m *totum cum toto* g c — 669 *Altera* (sit) *cędis* l *altera sic caedis* m — 670 *corpora* o *discribitur* m *describitur* ω — 671 *recentis* l m.

hinc sanies pretiosa fluit floremque cruoris
euomit et mixto gustum sale temperat oris.
illa putris turba est; strages confunditur omnis
permiscetque suas alterna in damna figuras
communemque cibis usum sucumque ministrat.
aut cum caeruleo stetit ipsa simillima ponto
squamigerum nubes turbaque inmobilis haeret,
excipitur uasta circumuallata sagena
ingentisque lacus et Bacchi dolia complet
umorisque uomit sociam per mutua dotem,
et fluit in liquidas tabes resoluta medullas.
quin etiam magnas poterunt celebrare salinas
et pontnm coquere et ponti secernere uirus,
cum solidum certo distendunt margine campum
adpelluntque suo deductum ex aequore fluctum
claudendoque rigant; tum demum suscipit unda
aëra et epoto per solem umore nitescit.
congeritur siccum pelagus messisque profundi,
canities semota maris; spumaeque rigentis
ingentis faciunt tumulos; pelagique uenenum,
quo perit usus aquae suco corruptus amaro,
uitali sale permutant redduntque salubrem.
at reuoluta polo cum primis uultibus arctos
ad sua perpetuos reuocat uestigia passus,
numquam tincta uadis, sed semper flexilis orbe,
aut Cynosura minor cum prima luce resurgit,
et pariter uastusue leo uel scorpius acer
nocte sub extrema promittunt iura diei,

672 *preciosa* l *praetiosa* gm *suis fluit* m *florũmque* (e above) l *florumque* g — 673 *euomat* c *guxto gustum* g *temporat* m — 674 *turbat*||| *strages* l *turba est rages* m *turbat* gc — 678 *turbaeque* o *inmobilis* m — 679 *sagina* (e above) l *sagina* m *sagena* gc — 680 *ingentisque* o *conplet* m — 681 (+ u above) *ut morisque* l *ut morisque* g *humorisque* c *V morisque* m (*u tuorisq.* u_2) *uolet* o *saucia* (o above) l *saucia* g *socia* cm *dote* o — 684 *quoqueret* lm *uires* o — 685 *distendănt* l *discendant* m *distendant* g (*distendănt* u_2) — 686 *Ad bellumque* o *diductum* m *deductum* ω *et aequore* lm — 687 *negant* o *demum* o *undas* o — 688 *Aepa* (i above) *et ponto* o (*A pa* (i above) c) *umore* m — 689 *mensisque* o — 690 *sed nota* o *rigentes* m — 691 *ingentes* o *tumultos* m *uenerũnt* (n above) l *uenerunt* m — 692 *Quod*[que] *erit* l *quod erit* m *quodq. erit* g *qđ* *q̃rit* (e above) c — 694 *actos* (r above) l — 695 *perpetuas* (o above) l *perpetuas* m — 696 *numquam* o *si semper* lc *fluxilis* c *orbem* o — 697 *aut* o *resurgit* o — 698 *uastus ueleo ut* l *uel eo* m — 699 *promittunt* gm *permittunt* lc.

non inimica ferae tali sub tempore natis
ora ferent, placidasque regent commercia gentes.
ille manu uastos poterit frenare leones
et palpare lupos, pantheris ludere captis,
nec fugiet ualidas cognati sideris ursas
inque artes hominum peruersaque munera ducet.
ille elephanta premet dorso stimulisque mouebit
turpiter in tanto cedentem pondere punctis;
ille tigrim rabie soluet pacique domabit,
quaeque alia infestant siluis animalia terras,
iunget amicitia secum catulosque sagacis

* * *

tertia Pleiadas dotauit forma sorores
femineum rubro uultum suffusa pyropo,
inuenitque parem sub te, Cynosura, colorem,
et quos delphinus iaculatur quattuor ignes,
deltotonque tribus facibus similique nitentem
luce aquilam et flexos per lubrica terga draconis.
tum quartum quintumque genus discernitur omni
e numero; tum summa gradus, qui iungitur, ignes
maxima per minimos censu concluditur imo.
quae neque per cunctas noctes neque tempore in omni
resplendet uasto caeli summota profundo;
sed cum clara suos auertit Delia cursus,
cumque uagae stellae terris sua lumina condunt,
mersit et ardentis Orion aureus ignes,
signaque transgressus mutat per tempora Phoebus,

---

700 *fere* o — 701 *hora* m *ferent* o *gentis* o — 705 *sidera* c *duce* m — 706 *mouebit* lgc *monebit* m (L) *mouebit* m (E) u_2 — 707 *cunctis* o — 708 *do*[m]*nabit* l *donabit* g — 710 *amicitias* lcm *amicitia* g *sagaces* o — 711 *Pleiadas* lgc *pleidas* m *dota*[b]*uit* l *dotauit* gm *dotabit* c — 712 *rubo* lg *suffus piropo* m — 713 *inuenti* [nitq.] *parem* l *in uenti parem* g *inuenitque parem* cm *thinosura* l *cecynos ura* m *cinosura* g — 714 *delphinŏs* l *delphinos* g — 716 *aquilā* [flexos in] *et lubrica terga leones* l *aquila et lubrica flexos in terga leones* g *luce aquilam et flexos per lubrica terga dracones* m — 717 *omnem* o — 718 *summaque gradus qui iungitur angue* o — 719 *per minimos* lgm *per mimos* c *imo* o — 721 *respondent* o *alto* o *summota* o — 723 *uaga est illa eterris* lgm [sua lumina] *sublimia* l *sublimia* g *sulumina* m — 724 *ardentis* o *igni* o — 725 *trans gres ius* m.

effulget tenebris et nocte accenditur atra.
tum conferta licet caeli fulgentia templa
cernere seminibus lucis totumque micare
stipatum stellis mundum nec cedere summa
floribus aut siccae curuum per litus harenae;
sed quot eant semper nascentes aequore fluctus,
quot decliua cadant foliorum milia siluis,
amplius hoc ignes numero uolitare per orbem.
utque per ingentis populus discribitur urbes,
principiumque patres retinent, et proximum equester
ordo locum, populumque equitum, populoque subire
uulgus iners uideas et iam sine nomine turbam,
sic etiam magno quaedam res pondere mundo est,
quam natura facit, quae caelo condidit urbem.
sunt stellae procerum similes, sunt proxima primis
sidera, suntque gradu, sunt lumine uicta priorum;
maximus est populus, summo qui culmine fertur;
cui si pro numero uires natura dedisset,
ipse suas aether flammas sufferre nequiret,
totus et accenso mundus flagraret Olympo.

---

726 *effulgit* l — 727 *Tum* o — 728 *Cernere seminibus totumque micare* lgm *s. t. necare desit* c — 729 *Sps. aut solidis desint sitque hęc discordia conchors* l *Spaciū stellis* lm *aut ∴ solidis desint ∴ sitq. h. d. concors* g *spatium st.* g *suma* m — 730 *cursum* c *harenae* lgm — 731 *quod* o *nascentis* c — 732 *quod* o *de liba* lgc *de libia* m (u_1) — 734 *ingentis* l *ingentes* c *discribitur* m (u_2) *orbes* lgc m (L) u_2 *urbes* m (E) — 735 *equitum* o — 737 *uulgus* o *etiam* o — 738 *respondere* lcm *res pendere* g *est* om. g — 739 *orbem* o — 741 *gradus atq. omnia* o *uicta* o *priorem* lgc *priorēm* m — 743 *cui si* lgc *cuisi* m — 745 *fraglaret* m *fragraret* g — nulla subscriptio in l — *explicit liber quintus* g (saec. XV) *Τελως* m.

Druck von Julius Abel, Königl. Universitätsbuchdruckerei, Greifswald.

Druck von Julius Abel, Königl. Universitätsbuchdruckerei, Greifswald.